pō illius.l.nō ſuatur poſſꝫ.n.cōtigere ꝙ hoīes cōiter noīe die
te itelligerēt dietā maiorē dieta legali q2 volūtarie hoīeſ ſic cōi
ter ābularēt ⁊ tñ vbi terminus eēt ſtatuēdus de neceſſitate vel
declarādus ex intētōe ꝑtiū que aliquas dietas deduxerāt i cō
uentōe ſtaret̃ diſpōi iuris cōis.hoc tñ vltimū v̄r difficile q2 v̄
ba ꝯhentiū in dubio ſolēt accipi ſm cōem vſuꝫ loquēdi.l.ſciē
dū.§.dem̄.ff.de edi.edi.⁊.l.libroꝝ.§.ꝙ tñ caſſius.ff.de le.iij.
Et q2 bar.tāgit h̄ ꝑ ꝙ iter aliquis dꝫ ābulare adde ſm Jo.ď
imo.ꝙ ſi pōt accedi ad locū mari ⁊ terra tūc tp̄e hiemis quo ſi
ſolet nauigari eſſꝫ i culpa ire ꝑ tale iter ut.l.qui petitorio.§.fi.
ff.de rei vē.⁊ no.Jo.an.in.c.oli.de reſcrip.¶ Scḋo adḋ vl
tra doc.optimū tex.in.l.qui fiſcales.C.de nauicul.li.x.ꝑ queꝫ
dicit ibi bar.ꝙ ille qui repit̃ facere iter nō ſolitū eſt ſuſpectus
de fraude.vide ēt alium bonū tex.in.l.ij.§.ſi quis tñ.s̄.ſi quis
cau.vbi ꝓbat̃ no.ꝙ qui nō pōt ire ꝑ viā cōſuetā ⁊ breuioreꝫ
nō excuſat̃ ſi pōt ire ꝑ aliā viā nō ita cōſuetā ⁊ lōgiorē ⁊ non
vadit ⁊ ad p̄dcā vide bonum tex.in.l.cum proponas.in prin.
⁊ ibi ꝑ bal.C.de nau.fen.

Item qui. Ju ſtipl'one cōtinēte fcm̄ ſucceſſiuuꝫ i
eſt dies ad arbitriū iudicis ⁊ in ea cō/
mittit̃ ſtipl'o ad itereſſe ꝑticulare ⁊ poſt morā admittit̃ purga
tio ex ꝑte rei in obligatōe fci ſicut i obligatōe dāni.h.d.ſa ibi
itē ſi nō inchoet̃.tertia ibi trāſactoqꝫ tp̄e ⁊c.¶ No.prio ibi
non vtiqꝫ cōquiſitꝫ ⁊c.ꝙ quis tenetur p̄ſtare alteri ꝙ requirit
multos miſtros itelligit̃ obligari ad exhibēdos miſtros qui
repiunt̃ in loco vñ lꝫ meliores ex̄ locū inueniri poſſent nō tñ
tenet̃ eos adhibere ſi aūt nullos oꝑarios pōt in loco inenire ď
bebit ꝑquirere ex locis uicinis ſm bar.hic allegat tex.in ſil'i i
l.diuus.de m.⁊ cu.da.ab his.⁊ eſt ſil'is tex.in.l.i.§.ſi aliqñ.ff.
de magiſ.cōne.vñ dicit bal.in.l.iuris.C.qui admitti.ꝙ ruſti/
cus qui nō hꝫ peritos in loco quos cōſulat dꝫ ire ad ciuitatem
ſicut ad locum vicinū pro iſta cōcluſione vide duo optīa iura
vꝫ tex.lxv.di.c.ſi forte.⁊.vij.q.i.c.pōtifices.⁊ bene facit text.
⁊ qḋ ibi no.in.l.iiij.§.ſi tam vicinū.ff.de dam.infec.¶ Scḋo
not.ibi ⁊ plurimis operarijs ꝙ iſta dictio plurimis videtur ſi
gnificare magnum numerū ex proprietate ſermonis.vnde v̄r
ſignificare plus quaꝫ tres qḋ patet manifeſte ex tex.in quo di

citur q̄ promiſſor nō debet eſſe cōtētus utroqꝫ aut altero nec
rurſus dꝫ adhibere plurimos ⁊ ſic pꝫ ꝙ cum debeat adhibere
plus q̄ duos ⁊ nō dꝫ adhibere plurimos.iſta dictio plurimi
ſignificat plus q̄ tres ang.tamē dixit ſingl'r ꝙ uerbū plurimi
iportat vltra duos ⁊ ad min⁹ cōplectit̃ tres in autē.ď tri.⁊ ſe/
miſ.§.ſꝫ ꝙ ſepe.Et iō infert ꝙ ſi iſtud uerbū ponat̃ in accuſa
tōe vel inquiſitōe cōplectet̃ plus q̄ duo vulnera ⁊ plus q̄ du
as ꝑſonas.⁊ ſil'r ſi ꝓferat̃ a teſte.ꝓ qua cōcl'one vide tex.no.
queꝫ ipſe nō all'at.xxxiiij.di.c.xp̄iano ubi ꝓbat̃ aperte ꝙ iſtō
verbū ſignificat vltra numerū duoꝝ.Et ad iſtū tex.poſſum⁹
dicere ꝙ q̄uis verbū plurimis ď ſui natura ſatis ē ꝙ ſignifi/
cet tres hoc eſt veꝝ niſi ex p̄cedētibus ⁊ ſequētibus aliud ap
pareat ſicut hic.nā iferius dicit ꝙ nō ſufficit adhibere vtrun
qꝫ vel alteꝝ.iō oñdit quid intellexit ꝑ verbuꝫ plurimis qḋ.s̄.
poſuerat vꝫ vt ſignificaret maiorē numerū q̄ triuꝫ.¶ Quid
aūt ſignificet verbū multitudo.vide bal.in.l.ij.ff.de excu.tu.
vbi dicit ꝙ verificat̃ in tribus.verbū āt multi verificat̃ in duo
bus.l.i.§.hoc reſcriptū ⁊ ibi ꝑ bar.⁊ bal.ff.ad ſil.⁊ ꝑ bart.i.l.
lꝫ imꝑator.ff.de leg.i.⁊ ē bonus tex.in.l.⁊ ſi reſtituat̃.§.fi.ff.
de inde.aliquid ēt tetigit bal.i.d.l.ij.ꝑalle.¶ Quid aūt ſi cō
tineat̃ in inquiſitiōe vel accuſatōe ꝙ aliquis ꝑcuſſit aliquem
pluribus ⁊ pluribus vulnerib⁹ vtꝝ iſta geminatio iportet ali/
quid vide qḋ ſingul'r Bart.dicit in.l.ſi gemina arbo.fur.ceſ.
¶ Tertio no.ibi vtroqꝫ aut altero ⁊c.ꝙ iſte dictōes vterqꝫ ⁊
alter dicūt ⁊ ꝓferunt̃ reſpcū duoꝝ.ſignificāt tñ al'r ⁊ aliter q2
vna ſignificat ꝙ id de quo d̄r habeat locuꝫ in vtraqꝫ re vel in
vtraqꝫ perſona.altera ſignificat in ſenſu diuiſo ꝙ h̄eat locum
in vna ex duabus ꝑſonis.reperit̃ tñ aliqñ ꝙ iſte dictōes ipro/
prie referūtur ad plures q̄ duos vt pꝫ in.l.ācille in tex.⁊ glo.
C.de fur.vbi bal.ibi format no.qōem quid importēt iſta ver
ba poſita in inquiſitōe ſi tres ſunt inquiſiti vel accuſati ꝙ al/
ter alteri p̄ſtitit auxiliū ⁊ fauorē.de quo dicvt ibi ꝑ eū.⁊ de na
tura iſtaꝝ dictionū uide bar.in fi.cōmenti in.l.hoc arti.ff.de
he.inſti.⁊ bal.in.l.reptū.§.ſi pcm̄ poſt glo.ff.de pac.⁊ in.l.ſi
duas.in prin.in ver.vtraqꝫ.ff.de excu.tu.ubi dicit ꝙ iſta di/
ctio vterqꝫ duobus actū in ſolidū attribuit ⁊ ita no.Inno.in
c.ſi duo de ꝓcu.li.vi.quē refert bal.⁊ ſequit̃ in.l.pluribus.ff.
ď ꝓcur.¶ Quarto no.in vl.uer.ꝙ ſicut dies exp̄ſſa cōſtituit
quē in mora abſqꝫ alia interpellatōe ut.l.magnā.C.de ꝯhē.⁊
cō.ſtip.ita dies q̄ tacite ineſt.⁊ ita no.h̄ pau.ď ca.ꝑ iſtū tex.cō
cor.tex.in.l.ſi inſulā.s̄.e.q̄ iura melius ꝓbāt iſtā cōcluſionē
q̄.l.ij.C.de iur.ēphi.lꝫ ēt illa bene faciat.⁊ tex.in.c.potuit ď
loca.q̄ iura adducit Jo.ď imo.ad hoc.in.l.ex legati cā.s̄.eo.
Debes aūt intelligere hoc no.qñ dies q̄ tacite ineſt nō obli/
gatōem oriri impedit a prin.ſicut in caſu nr̄i.§.nā ſi impedi/
ret obligatōem oriri ſicut in caſu.§.p̄cedētis.⁊ alijs poſitis.i
l.interdū.in pri.s̄.e.tunc ex euentu diei non induceret̃ mora
iuxta regulā in.l.quotiēs.s̄.e.⁊ ibi ꝑ bar.⁊ plene ponit bal.i
l.⁊ ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.¶ In glo.poſita ſuꝑ v̄bo feſti
natis docto.dſit declarādo glo.ꝙ tūc v̄r actum vt quis per ſe
ipſum nō edificet qñ ille qui ꝓmiſit nō erat ꝑitus edificandi
vel qñ opus erat in magnū ꝙ ſi fieret ꝑ vnū ſolū nō poſſꝫ fi/
niri niſi poſt longū tp̄s vt uidebis in.§.ſi ab eo.j.eo.d.pau.h̄
dicit ⁊ bene ꝙ iſte tex.pōt intelligi ēt ſi ſit electa induſtria ꝑ/
ſone ⁊ opus debeat fieri ꝑſonaliter per ꝓmittentē.pōt.n.ille
cuius induſtria eſt electa adhibere plures oꝑarios qui edifi/
cium cōſtruāt.⁊ dūmō ipſe ordinet qual'r ſit faciendū ⁊ qual'r
ſit edificandū ſatis dicet̃ exhibere induſtriā quā ꝓmiſit etiā ſi
nil opetur.ſecus eēt ſm eū ſi ille qui dꝫ p̄ſtare induſtriā tota/
liter cōmitteret̃ hāc rē alij uel alijs nec ipſe ordinaret ꝑticula
riter quid eēt agendū de quo videbim⁹ pleni⁹ in.d.§.ſi ab eo.
¶ In glo.poſita ſuꝑ uerbo id tm̄.ibi facit ad id qḋ no.⁊c.ď
iſta materia qñ ſtipl'o ꝑꝑ idē ſi fcm̄ cōmittat̃ ſel' ⁊ pluries dic
ut in.d.l.ſtipu.nō di.§.fi.⁊.l.ſi ſic ſtipulatus.s̄.e.Et ad intel/
lectū p̄dictoꝝ iuriū q̄runt hic doc.vtꝝ ſi apponat̃ ſtipl'o pena
lis poſt ſtipu.principaleꝫ q̄ continet fcm̄ poſſit cōmitti ſtipl'o
ad ꝑticulare intereſſe.Suꝑ quo diſtinguit Dy.⁊ ſequit̃ bart.
ꝙ aut ſtipl'o penalis hꝫ nouare p̄cedentē aut non hꝫ nouare.
Primo caſu nō cōmittet̃ ſtipl'o ad ꝑticulare itereſſe q2 cōdi/
tio appoſita ſtipl'oni penali reddit ſtipulationē principaleꝫ ac
ſi eēt fcā ſub ꝯria ꝯditōe ut.l.pecuniaꝫ.ff.ſi cer.pe.⁊ iō nō po
teſt cōmitti ſtipl'o ad ꝑticulare intereſſe ex quo anteq̄ trāſeat
tm̄ tēpus quo opus pōt fieri non pōt ſtipulator eſſe in mora.
¶ Scḋo caſu pōt cōmitti ſtipulatio ad ꝑticulare intereſſe q2

cū prima

cū p̄ria obligatio nō sit nouāda in euētū cōditōis sequit̄ q̄ remanet pura ꝛ per ɔ̄ns pōt aliquis esse in mora nō inchoando opus ꝛ sic cōmittet̄ stipl'o ad p̄ticulare iteresse. ang. hic in 2o mēbro vꝫ ɔ̄dicere cōi sn̄ie doc. vult. n. q̄ et si stip. nō nouet p̄cedētē nihilominus vbi est apposita pena non possit cōmitti stipu. ad p̄ticulare interesse q2 pena que apponit̄ loco iteresse qd̄ succederet in obligatōe ad fcm̄ si pena nō eēt apposita inꝫ l. ij. §. fi. qui satisda. cog. ꝛ l. fi. j. de p̄to. stip. vꝫ declarare mētē p̄tiū vt ēt ad interesse nō cōmittat̄ stip. nisi sicut cōmittet̄ pena. in pena nō cōmittitur nisi qn̄ tollitur est ɔ̄fcm̄ sed Jo. de imo. hic defēdit cōem sn̄iaꝫ q2 imo vꝫ dicendū q̄ stip. penal' tā q̄ accessoria ad ɔ̄ctū principalē sortiatur nāꝫ ipsius ar. l. ita stipulatus. ff. de vsuc. vn̄ nihil dꝫ fieri ɔ̄ mētē p̄tiū ꝫ eū q2 stip. vꝫ interposita ẜm nām ɔ̄ctus p̄cedentis que verba iportant si bn̄ respicis nō solū qd̄ ex p̄io ɔ̄ctū possit agi ad p̄ticulare interesse sicut si pena nō essꝫ apposita. sed ēt possꝫ cōmitti pena p̄pter p̄ticulare interesse qd̄ doc. hic non sentiunt. Et tn̄ forte posset defendi in se esse veꝛ sup quo tn̄ vide qd̄ fuit dcm̄ in. l. si sic stipulatus. ɔ̄. e. tn̄ tenēdo id qd̄ videtur sentire hic doc. q̄ pena nō cōmittat̄ nisi sel' adhuc possumus r̄ndere melius ad dcā ang. q̄ nā ɔ̄ctus principal' nō dꝫ alterari pp penā sequētē q2 accessoriū informat̄ a principali ꝛ limitatur sed eɔ̄ p̄ncipale nō limitat̄ ab accessorio vt pꝫ in. l. nuda. ꝛ qd̄ ibi no. C. de ɔ̄hē. ꝛ cō. sti. ꝛ ex no. in regula accessoriū. de re. iu. lꝫ ergo pēa nō cōmittat̄ nisi qn̄ total'r est ɔ̄fcm̄ nō tn̄ alterabit nāꝫ obligatōis principal' p̄cedent̄. ¶ Sꝫ aduerte diligēter q2 quo ad p̄imū mēbrū ista dcā doc. nō videtur posse stare aliquo mō q2 lꝫ ẜa obligatio iterposita aio nouādi q̄ ē eque p̄cipal' cū p̄ria suspēdat p̄imā obligatōeꝫ in euētū ɔ̄rie cōditōis p. l. pecuniā p eos allegatā. nō tn̄ idē est in stip'one penali que ipleta cōditōne bꝫ nouare p̄cedētē q2 illa nō suspēdit̄ i obligatōe ɔ̄ria. imo est in obligatōe pura quousqꝫ cōmittat̄ pena ꝛ iō requirit̄ sup ea interpellatio q̄ nō caderet si vꝫ suspēsa sub ɔ̄ria cōditōe vt l. si pupillus. ɔ̄. e. oia ista p̄batur exp̄sse in. l. si penū qn̄ di. leg. ce. ꝛ l. i. §. itē si ita. ff. ad. l. fal. ꝛ l. i. ff. de pe. le. ꝛ ita tꝫ gl. in ɔ̄ctibus. ꝛ bar. post eū in. l. ita stipulatus. ɔ̄. e. l. q̄ vt cōmittat̄ pēa requirit̄ interpellatio ex mora que nō p̄st ɔ̄re locū vbi repit̄ obligatio cōditōal' vt dixi. Et q̄ p̄dicta ɔ̄cl'o sit va sat̄ pꝫ manifeste ex his que posuit bar. in. l. ita stipulatus. in vlt. col. referēdo dcā doc. ꝛ alioꝝ sup illa q̄ōe vtrū qn̄ est apposita stip. penal' possit agi ad id qd̄ deuenit in principali obligatōe qn̄ stipulatio penalis nouat p̄cedentē vbi cōcluditur q̄ potest agi sed per lit̄ conte. deficit ius prioris obligationis q2 illa prior obligatio trāsfunditur in penā ꝛ sic manifeste pꝫ q̄ non erat suspensa in euentum contrarie cōclusionis. ꝛ hoc tenebis mēti quia hanc differentiā non inuenio ab alio tactam.

Illud. Difficultas nō ipedit obligatōem cōstitui nec facit vt stipl'o videat̄ dilata in diē. h. d. Et diuiditur in sex p̄tes ẜm doc. Jn p̄ria ponit̄ qd̄. Jn ẜa ibi quid ergo ponitur vna rō p̄ p̄te q̄ vult q̄ stipulatio nō sit pura nec possit agi incōtinēti. Jn tertia ibi sed h̄ dissoluit̄ illa rō ꝛ determinatur q̄ difficultas nō ipedit obligatōem pure ɔ̄hi. Jn quarta ibi alioquin. cōfirmatur ista ɔ̄cl'o p deductōeꝫ ad abiurdū. Jn quinta ibi. ꝛ gnāliter ex p̄missis formatur gnālis ɔ̄cl'o. Jn. vi. ibi ne icipiat dici. Jtē cōfirmatur ɔ̄cl'o p̄dicta p deductionē ad aliud absurdū. ¶ No. p̄io q̄ illud dꝫ ipossibile qd̄ absolute est ipossibile vnicuiqꝫ uel p reꝝ nām vel ex iuris dispōe ꝛ idē est bꝫ bar. hic si regulariter nulli sit possibile nisi vni duntaxat. vide in. §. cū quis. j. e. ꝛ p̄batur in. l. apud iul. in fi. ff. de leg. i. Jllud aūt dꝫ difficile q̄ nō est ipossibile ẜm se vl'iter ꝛ vnicuiqꝫ sed p̄ticulariter ꝛ relatiue vel ẜm quid vbi gr̄a est i possibile mihi vel tibi. ¶ Scd̄o no. q̄ ille qui p̄mittit id qd̄ de p̄nti non pōt p̄stari obligatur stati q̄uis detur sibi tp̄s quo ad executionē miseratōis cā vn̄ poterit iste statim cōueniri ꝛ cōdēnari sed nō poterit fieri executio statiꝫ qn̄ spēs esset in obligatōe sed debebit sibi dari tm̄ tp̄s. j. qd̄ cōmode possit illud p̄stari vt insti. de inuti. stip. §. fi. ꝛ plene. j. dicetur in discussione mā̄e. ¶ No. tertio ibi ephesi datuꝝ ꝛc. iūcto p̄in. hui9. §. in v̄. cessat obligatio. q̄ qn̄ p̄missio fit in certo loco obligatio nō oritur ante diē trāsactā in qua poterat p̄uenire ad locū. idē vidisti notatū in. §. cū ita. in fi. ɔ̄. e. eo. ¶ No. vltimo q̄ qui p̄mittit alieni rem alienā statim obligatur efficaciter ꝛ si quidē dn̄s vult eā vēdere tenebitur ad rei p̄stationē si vō nō velit vēdere dꝫ p̄stare estimationē vt. l. nō dubium. in fi. ff. de lega. iij.

¶ Jn glo. posita super verbo dari ibi lꝫ fallit ꝛc. ¶ Pro declaratōe legū allegataꝝ in glo. ꝛ materia isti9. §. q̄renda sunt quatuor ẜm bar. principal'r. ¶ Primo vtꝝ difficultas ipediat obligatōem nasci. Scd̄o vtꝝ impediat exactōem. Tertio vtꝝ impediat morā cōmitti. Quarto an ipediat cōmitti penā. Circa p̄imū ipse cōcludit q̄ aut difficultas nō ē exp̄ssa. ꝛ tūc nō impedit̄ nasci obligatio ꝛ incōtinenti. vt p̄batur in tex. nr̄o ꝛ l. ij. §. ex his. ɔ̄. e. aut difficultas exprimit̄ in p̄missione ꝛ tūc aut loquimur in ɔ̄ctibus stricti iuris ꝛ vitiat̄ ɔ̄ctus vt in. l. ij. §. si quis ita. ff. de eo q̄ cer. lo. ꝛ insti. d̄ ver. ob. §. loca. Aut loquimur in ɔ̄ctibus bonefidei. vel in dispōibus stricti iuris q̄ hn̄t instar bonefidei ꝛ tūc vitiat̄ adiectio ipossibilis. ꝛ vꝫ obligatio vt. l. isulā. §. i. ff. loca. ꝛ. l. fi. mihi. ꝛ tibi. §. si quis duos. ff. de leg. i. ¶ Cuius dictis adde. ꝛ p̄io ẜm bal. no. in. c. i. §. ad hec hic finitur lex. deinde incipiūt cōsuetudines regni q̄ i ɔ̄ctibus stricti iuris stipulatio nō vitiat̄. qn̄ ipossibilitas p̄statōis apponitur nō in eadē ōrone in qua fit p̄missio. lꝫ in diuersa. sicut posui tibi exemplū in voce. ex quo. n. p̄cessit dispō p̄fecta ẜm eū nō dꝫ vitiari p adiectōem q̄ reddit eā ipossibilē ita p̄batur lꝫ nō alleget in. l. p ẜuū. §. i. cuꝫ glo. ibi posita. ff. de usu. ꝛ ha. Et idē ē ẜm eū si stipl'o apponat̄ ɔ̄ctui bonefidei. q2 lꝫ vitietur stipl'o pp difficultatē. orietur tn̄ obligatō ex ɔ̄ctu bonefidei qm̄ utile p iutile nō vitiatur. ex quo ē sepabile. ¶ Pro ista ɔ̄clusione vide bonū tex. in. l. certi cōditio. §. qm̄. ff. si cer. pe. ꝛ in. l. si ita stipulatus. §. grisogo. ɔ̄. e. Add̄ ēt qd̄ ponit bal. in. l. vnica. C. de his q̄ pe. no. in ver. x. q̄ro vel opponitur ꝛ i uer. seq. ubi sentit p̄imā limitatōem dū r̄ndet ad. l. si cuꝫ dies §. fi. ff. de arbi. Et pōt elici ex eius dictis talis cōcl'o q̄ q̄uis sn̄ia ꝛ p̄ceptū iudicis dicātur stricti iuris vt. l. i. ꝛ ibi p Bar. C. si plures. vna sn̄ia ꝛ. l. diui frēs. ff. de lib. cā. ꝛ tangit bar. in l. si exp̄ssim. ff. de ap. si tn̄ iudex mandat in executōe sn̄ie aliquid. j. certū tp̄s infra qd̄ illud fieri non pōt reijciat̄ illa ipossibilitas ꝛ remaneat p̄ceptū simplex. vt faciat q̄p̄imū cōmode pōt. sicut dꝫ in. d. l. insulā. nam pp duos fines diuersos p̄pter quos p̄cipitur aliquid fieri ꝛ fieri sub termino. istud p̄ceptuꝫ resoluit̄ in duo p̄cepta q2 termin9 appositus a iudice nō vꝫ appositus ad limitandā obligatiōeꝫ sed miseratōis cā ẜm eum. Scd̄o principal'r adde dictꝫ bar. q̄ ang. hic vꝫ reprehēdere dicta eius inquātuꝫ vult q̄ si difficultas sit exp̄ssa vitiat ɔ̄ctum stricti iuris. nā dicit ipse ẜm hoc sequeret̄ q̄ si aliquis p̄mitteret. ꝛ ē notoriū q̄ ipse nō posset eā p̄stare stipl'o nō valeret. quasi velit q̄ paria sint difficultatē esse exp̄ssam vel eē notoriam. lꝫ nō sit exp̄ssa. ꝛ lꝫ nil alleget ad p̄bandū istā parificatōem Jo. de imo. adducit p eo qd̄ no. Jnno. in. c. p̄senti de rescrip. que ē extrauagans ipse tn̄ do. Jo. sequit̄ sn̄iam bar. p iura p̄alle. supius. Et lꝫ ang. dicat q̄ in illis iurib9 erat ipossibilitas ipossibil'. vel ipossibilitas difficultat̄ tn̄ r̄ndet ad rōeꝫ ange. quasi videat̄ cōcedere q̄ si difficultas eēt notoria vitiaret̄ obligatio. lꝫ nō eēt exp̄ssa. Tu aūt dicas indubitāter q̄ in illo casu ꝛ in termis. §. nr̄i difficultas. nō capit̄ p eo qd̄ ē possibile aliquo mō lꝫ cū difficultate. sed ēt p eo qd̄ ē penitus ipossibile p̄missori. iō aūt dꝫ difficile q2 illud dꝫ impossibile simpl'r qd̄ ē ipossibile p reꝝ naturaꝫ vel q2 res nō est in cōmercio ex dispōe iuris. illud aūt q̄ ab aliquo fieri non pōt. lꝫ ab alio posset fieri lꝫ sit ipossibile p̄missori nihilomin9 vocat̄ difficile si ipossibile. vt pꝫ ex isto tex. dū ponit exemplū simpl'r de eo qui p̄misit simpl'r rem cōstitutā in loco remoto. nā illā rē p̄stare i cōtinenti ē ipossibile p̄missori ꝛ tn̄ nō eēt ipossibile alteri qn̄ eēt in loco vbi res ē si eēt p̄missor talis rei ꝛ hāc viam facit formaliter tex. valde no. qui loquit̄ generalius q̄ tex. noster i l. fi. ff. de ac. emp. q̄ lex est singlis in materia ista nō in hoc. lꝫ i alia cōclusione de qua statim dicemus. Et parcat mihi reuerētia. d. ang. paꝝ subtiliter cōsiderauit in isto p̄ucto r̄ndendo ad §. loca. ꝛ. l. ij. §. si quis ita. ɔ̄. alle. Sed tūc remanet dubiū i argumēto p eū fcō quō soluit̄ si vera ē ista distinctio quaꝫ ponit hic bar. ꝛ cōiter doc. de quo hic tangit nihil Jo. de imo. vt vidisti ꝛ vꝫ tacite fateri nō r̄ndendo ad hoc argumētuꝫ q̄ sicut stipulatio vitiaret̄ si exprimeret̄ difficultas in ea. ita si difficultas eēt notoria qd̄ dictū mihi nō plꝫ. Dico eniꝫ q̄ qn̄ p̄tes exprimunt difficultatē. plus est q̄ si difficultas sit notoria ꝛ nō expressa ad vitiādum dispōem. hoc p̄bant ibi in lectōe p̄cedenti ex his que no. glo. or. in. c. p tuas extra de sen. excō. que vult ẜm quosdā q̄ lꝫ error exp̄ssus in sn̄ia excōicatōis vitiet sn̄iam. tamē nō vitiat̄ illa sn̄ia si sit data ɔ̄ notorium. ꝛ hoc te

nuit archi. in c. venerabilibus. §. fi. de sen. excō. in vi. Cōfirmabitur dicta ɔcl'o q2 snia lata ꝯ notoriū vz valere vt. l. palā. §. que in adulterio. ff. de ri. nup. quē tex. adducit bald. in. l. i. ne filius ꝓ pře. ⁊ idē tz ꝑ illū tex. ibi in. l. ciues. de ap. ſʒ q2 iſta dicta nō approbātur cōiter q2 do. ant. ⁊ cōiter moder. in c. inter cetera de re iu. ⁊ in. d. c. ꝑ tuas. alr dicūt iō ꝓſupposito ꝙ snia eēt nulla adhuc eſt dicēdū in casu nr̄o hoc idē. nā iſtud cōtingit in snia q2 illa fundatur ſup iuris ꝓſumptōe que nō hʒ locū vbi fertur ꝯ notoriū. ſed in caſu nr̄o pōt eſſe rō diuerſitatꝫ qꝛ exprimit̄ difficultas vel qñ nō exprimit̄ poſito ꝙ ſit notoria q2 ꝑtes exprimēdo difficultatē vidētur ꝓteſtare ſe nihil velle agere ſicut dicit tex. qñ opponitur cōditio ipoſſibil' in ɔctu i. l. nō ſolū. in fi. ſ. ti. ꝑxi. Sʒ qñ vba ſtipulatōis ſunt velata q2 nō exprimit̄ ipoſſibilitas in eis tūc nō oritur iſta ꝓſūptio ita forts ⁊ iō ſuſtētatur ſtipulatio ſicut videmus in ſili ꝙ volūtas expſſa collata in volūtatē alterius facit diſpōeʒ nullā ⁊ captatoriā qđ nō facit volūtas uelata. vt. l. ſi quis ſempronio. cū mā. ff. đ here. iſti. ſicut ēt videmus ꝙ filius uel libertus nō pſit agere. ꝑ dolo expſſo pſit agere pro dolo velato ut dicit tex. not. ⁊ ibi ꝑ bar. in. l. nō dʒ. in fi. ff. de do. Tertio adde dcis bar. in iſta mā i quātū facit driam iter ɔctus bonefidei ⁊ ſtricti iuris. nam iſta dria ſꝫm Jo. de imo. nō vz ꝓbari. q2 ſi cōditio ipoſſibilis adiecta in cōtractu bonefidei ānullat cōtractū vt. l. nō ſolū. ſ. alle. ⁊ plene uidiſti in. l. ipoſſibilis. ſ. e. ergo multo fortius modus ſoluēdi ipoſſibilis adiectus in ɔctu bonefidei uitiabit ɔctū q2 ſicut cōditio que nō coheret ɔtractui vitiat cōtractū ergo modus ſoluēdi qui eſt magis ꝑs diſpōis cōtractus fortius dʒ viciare ɔctū bonefidei. Nō ob. tex. in inſulā. §. i. ff. loc. q2 rñdet dupliciter uel intelligēdo ꝙ ipoſſibilitas ſupuenit ex poſtfcō ut ibi tāgit glo. qui intellectus diuinat uel intelligēdo ꝙ lʒ ibi difficultas ineſſet a principio hoc tñ nō erat certū tpe ɔct⁹ inīti. Vult dicere in effectu ꝙ ibi ꝑtes ignorabāt difficultatē. i. ꝙ. ſ. tp̄s appoſitū in ɔctu opus nō poſſet cōſtrui ⁊ iſte itellect⁹ plʒ ⁊ placuit anteꝙ viderē eū legēdo illā litterā q2 hoc ōclarat̄ expſſe in fi. tex. dū. n. ibi ꝙ hoc vz eſſe actū inter ꝑtes vt illud tp̄s cōpetat ifra qđ opus fieri pōt. Vñ attēde diligēter ꝙ ibi ɔctus nō cōſeruat ieſſe neqʒ defendit̄ a nullitate ꝑꝑ qualitatē ipſius q2 ſit bonefidei ſed q2 ꝑtes tacite vidētur ſenſiſſe ꝙ tm̄ tp̄s cōpeteret. ſ. quātū opus poſſet cōſtrui qđ nō poſſet hr̄e locū ſi ꝑtes ſciuiſſent vel cōſideraſſēt illud tp̄s nō ſufficere. Sed tūc opponit̄ fortiſſime ꝯ iſtā rñſionē ꝙ ex hoc ꝙ ꝑtes crediderūt tp̄s eſſe cōueniēs qđ nō eēt vz magis ānullari ɔctus. dicit. n. tex. no. in. l. ſuo manumiſſo. de cōdi. inde. ꝙ ꝗuis cōditio ipoſſibil' adiecta in vltīs volūtatibus ſciēter a teſtatore nō vitiat diſpōem. vt. l. obtinuit. de cōdi. ⁊ demō. ſecus tñ eſt ſi teſtator credidit eā poſſibilē ꝑ quē tex. iuncta. l. iſulā. appet manifeſte ꝙ argumētatio do. Jo. nō eſt bona dū arguit a maiori ꝑ. l. nō ſolū. ſ. alle. ſi. n. fortius ōberet vitiari diſpō modificās ꝙ̄ diſpō in qua apponit̄ cōditio ipoſſibilis ergo fortius dʒ vitiari in vltia volūtate diſpō cui apponitur modus ſoluēdi difficilis ꝙ̄ diſpō cui apponit̄ cōditio ipoſſibil' ⁊ tñ hoc eſt falſū q2 in cōditōe ipoſſibili in vltia volūtate diſtinguimus vtꝝ teſtator ſciēter uel ignorāter eā appoſuerit ſʒ in pſtatōe difficili ſimplr dicimus ꝙ vʒ diſpō ut ꝓbatur in. l. ſi mihi ⁊ tibi. §. ſi quis ſuos. de le. i. ⁊ in. d. §. qui iſulā. A fortiori ēt ſequēdo itellectū. d. Jo. de imo. q2 ſi ignorātia ɔtiū facit ꝙ difficultas nō uitiet obligatōeʒ naſcentē ex ɔctu multo fortius faciet in ultis volūtatibus in quibus agit̄ fauorabilius ꝙ̄ in iſta mā ut pʒ i l. i. ⁊ ibi plene. ff. de cōdi. inſti. Cōfirmatur iſta ipugnatio rōe manifeſta q2 cōditio in diſpōe ſtat ꝑ cā finali vt plene ōclarat bar. i. l. ij. §. fi. ff. đ dona. ubi eſt uidēdū. ⁊ bal. in. l. gnāliter. C. đ epi. ⁊ cle. ⁊ eſt caſus i. l. a titio. ⁊ ibi dixim⁹. ſ. eo. Si ergo cā final' ɔbēdi reddit diſpōeʒ iualidā ꝑ hoc nō ſequit̄ ergo difficultas adiecta ad mōʒ pſtatōis qui modus eſt qđā q̄litas accidētalis nō reſpiciēs ſubāʒ obligatōis uitiat ſtipulatōeʒ plus ē n. ꝙ ipoſſibilitas ſit in cā finali in q̄ deficiēte ōficit ɔctus ⁊ in q̄ ɔctus fundat̄ ut. l. ꝙ te. C. de pac. iter ēp. ⁊ vē. ꝙ̄ ſi ſit in accidēti ſine quo eēntia ɔctus poterat ſtare. Sup quo vide qđ dicit bar. ad itellectū. §. ſi quis ſuos. in ſi. q. in. l. i. de cōdi. inſti. Ex his ſequit̄ una ſingl'is ɔcl'o ⁊ noua ꝙ ꝗuis ipoſſibilitas cōditōis uitiet diſpōeʒ ultie uoluntatꝫ qñ cōditio fuit appoſita ignorāter ſec⁹ tñ eſt i difficultate pſtatōiſ quinimo i iſta eſt totū eꝯ q2 ubi difficultas appoſita ex certa ſubſtantia vitiaret ɔctū ſec⁹ tñ erit ſi ſit appoſita ꝑ errorē. ¶ Circa ſcđʒ pricipalē articulū adde dictis Bar. inquantū ipſe vult ꝙ qñ ꝓmittitur ſuus exiſtens in fuga ꝓmiſſor nō tenet̄ ꝓteſtim ad extimationē. ſed ſolū tenet̄ cauere đ reſtituendo rē cū ad eū ꝓuenerit vt l. cū res. §. itaqʒ. ⁊. §. cū alienus. ff. đ le. i. nā hoc dcm̄ vz dubiū ⁊ ꝯ tex. in. l. fi. de acti. emp. ꝓmittēdo ꝑ inductōe illius tex. ꝙ ſuum eſſe in fuga vel apud hoſtes quo ad hūc effcm̄ ꝓcedit a pari vt dicit tex. in. l. cū res ꝓalle. mō dicit tex. in. d. l. fi. ꝙ ꝓmiſſio vel venditio fcā de ſuo qui ē apud hoſtes vʒ ēt ſi ſuus nō deberet pſtari niſi cū ꝓueniſſet in ptāte ōbitoris. ⁊ ſic manifeſte ꝓbatur ibi ꝑꝑ dictōem ēt que ē iplicatiua ꝙ ꝗuis eēt actum ꝙ ſuus pſtaret̄ incōtinenti difficultas nō ipediret exactōem. ¶ Sed querit̄ quid in dubio ſup quo bar. ibi dixit notāter ꝙ ſi venditor ⁊ ēptor ſciebat vel ꝓmiſſor ⁊ ſtipulator ꝙ ſuus erat apud hoſtes. tūc ōbebit pſtari ſuus cū venerit i poteſtatē vēditoris uel illius qui ꝓmiſit ꝑ ſtipl'ōnē. Si uero ēptor ignorabat vel forte vterqʒ tūc ōbebat fieri pſtatio incōtinenti. ⁊ q2 hoc ē ipoſſibile ꝑ tpe pſti fiat ɔdēnatio in extimatōe iuxta no. in. l. i. in prin. ff. đ ac. emp. ⁊. l. ſi ſuus. §. fi. ſ. eo. Et pōt eſſe rō diuerſitatꝫ q2 ille qui uēdit uel ꝓmittit rē ſcienti vz vendere ius qđ hʒ in re vt. l. qui tabernas. ff. de ɔhē. emp. ſecus ſi vēdat ignorāti vt plene declarat bal. in rub. de ɔhen. emp. ſed iſta rō diuerſitatꝫ poſſet eē ſufficiens reſpcū venditōris ſed reſpcū ꝓmiſſoris qui ꝓmitteret ſuū dare ꝑ ſtipl'ōneʒ cū videat̄ obligatus ad transferendū dñium vt. l. ſi quis alia. ſ. de ſo. iſta diſtinctio nō videret̄ hr̄e locuʒ. Pro hac tñ opi. d. bar. facit multū tex. in. l. cū ſuus in prin. ⁊ ibi ꝑ glo. or. ff. đ le. i. arguēdo de vltīs volūtatibus ad ɔctus vbi ꝓbatur ꝙ ſi tpe teſti facti ſuus legatus ē in fuga in dubio heres nō tenetur ad aliud niſi vt ꝓſequat̄ ſuum ſuo ſumptu ⁊ opa. Aduerte tamē q2 ēt in legatis ē ideʒ qđ in venditōe ꝙ ille qui legat vz legare ius qđ hʒ in re nec diſtinguit̄ đ ſcia vel ignorātia legatarij ſicut in venditōe diſtinguit̄ ſcia vel ignorātia ēptoris q2 legatarius hʒ cām lucratiuā. emptor vero oneroſaʒ. ita ꝓbatur in l. ſi domus. §. fi. ⁊ ibi ꝑ bar. ff. de leg. i. ⁊. l. vxor patrui. ⁊ ibi ꝑ bal. C. cōia de le. ſʒ aliud eſt in eo qui ꝓmittit rē dare ꝑ ſtipulatōnē vt dixi. Et iō forte poſſʒ diſtingui ꝙ aut loquimur i vltima volūtate. ⁊ tūc ſimplr ſit veꝝ ꝑ ſuo fugitiuo vel exiſtente apud hoſtes nō debet̄ extimatio. Aut loquimur in ɔctibus vt in venditōe ⁊ ſilibus ɔctibus ⁊ tūc ꝓcedat diſtinctio bar. i d. l. fi. aut in obligatōe ad rē dari. ⁊ tūc nō diſtinguendo ſciam ab ignorātia ſtipulatoris ſimplr poſſit agi ad intereſſe. i. petires ⁊ fieri ɔdemnatio ad extimatōeʒ vt. l. ſi ſuus i fi. ſ. alle. ⁊ l. iul. de cōfeſ. ¶ Adde ſo inquantū bart. hic ⁊ cōiter doc. tenent ꝙ ēt obligatus ad ſpēm hʒ tp̄s qđ datur iudicatꝫ in. l. fi. C. de vſur. rei iud. qđ idē tʒ ⁊ ꝓlixius ideʒ Bar. in. l. fi. C. de execu. rei iu. ⁊ hʒ locū illud tp̄s ſi agatur cōtra aliquē ciuilr đ maleficio vt. l. ſi cū excep. §. ꝙ ſi hō. ff. ꝙ me. cā. Si aūt agat̄ crialiter tunc verū ꝑ pena pecuniaria cōpetat iſtud tp̄s. vide quod ſcripſi ſup prima glo. in. l. iſta ſtipulatus. ſ. e. Jo. aūt đ imo. ibi vz ipugnare hanc cōem ſniam ſequēdo quaſdā glo. q̄ tenuerūt oppoſitū. prīo ꝑ tex. inſti. de inuti. ſtip. §. fi. vbi dz ꝙ ille qui ꝓmiſit dare ſpēm dʒ hr̄e tm̄ tp̄s. ſ. qđ ſpem illā poſſit tradere ⁊ itelligere illō ꝓprie de tpe cōceſſo miſeratōis cā. ⁊ đ dilatōe q̄ apponit̄ executōi vt ēt fatet̄ hic bar. Sed ad illū tex. pōt rñderi ex intentiōe bar. hic ⁊ alioꝝ ꝙ illa vba ſignificant ꝙ iudex ſi res tm̄ diſtat a loco iudicij ꝙ. ſ. quatuor mēſes nō poſſit tradi erit facilior ⁊ uerior cā cur iudex poſſit ꝓrogare terminū ꝙ̄ ſi debitor eſſʒ ɔdemnatus in ꝗtitate. ¶ Potes ēt addere ad dcā doc. ꝙ adhuc ſi rē mobilē reus ɔdemnatus habeat penes ſe. facilius poterit abbreuiare iudex terminū ꝙ̄ ſi debeat̄ pecunia q2 non ita de facili occultat̄ res mobil' ſicut pecunia. Et poſito ꝙ ita de facili occultaretur ꝓbato ꝙ eſſet penes debitorē. expeditior vz eſſe ſol'o rei ꝙ̄ pecunie. vnđ ille tex. nō vult ꝙ tp̄s ſit arbitrariū ſicut in actōe reali. ſʒ ꝙ facilius debeat a iudice hoc tp̄s ꝓrogari ſicut dixit Bart. ⁊ ēt forte diminui. vñ dicit tex. no. in. l. cū res. in prin. de lega. i. ꝙ qñ res legata ē penes hr̄dē. dʒ eā reſtituere abſqʒ mora qđ intelligo iudice abbreuiāte terminū ex cā ſicut dicit bal. no. i. de bitore ꝗtitatꝫ i. l. ſi ōbitori. ff. đ iud. ꝑ glo. ibi poſitā. Nec eſt veꝝ id qđ dicit hic Jo. đ imo. ꝙ hoc caſu ſit eadē rō q̄ ē vbi agit̄ actōe reali q2 forti⁹ ē ius qđ hʒ aliquis in re quaʒ vēdicat quis ꝑ ſua ꝙ̄ ius qđ hʒ agēs actōe pſonali. vñ uidemus ꝙ in actōe reali ꝯ cōtumacē iurat̄ i liteʒ vt. l. qui reſtituere. in fi. ff. de rei ve. ⁊ tñ in oībus actōibus pſonalibus non iurat̄ in litē

cū prima

ut.l.in actõibus.⁊ qd ibi p bar.ff.de in lit.iur.⁊ dũ ipse rñdet ad.l.in fideicõmissi.in pri.dicẽs ꝙ illa loquit̃ i legato rei aliene ꝓ quo heres in effcũ tenet̃ ad q̃titatẽ q᷑ aut tenet̃ redimere rẽ aut p̃stare estimatõem ⁊ sic est eadem rõ ac si simpl'r esset obligatus ad q̃titatẽ nã lʒ fatear hũc intellectuʒ posse dari illi legi ex quo tex.ibi dicit ꝙ fructus ueniũt post morã ⁊ nõ ante ꝙ in fructibus ꝑceptꝭ nõ h̃ret locuʒ qñ res fuissent testõris ut l.fructus.ff.eo.ti.nõ tñ ille ĩtellectus est necessarius q᷑ possumus ĩtelligere illã.l.nõ in fructibus ꝑceptꝭ sed in ꝑcipiẽdis.i.in his qui ꝑcipi debuerũt qui nõ veniũt nisi a tpe more ut.l.fi.C.de vsu.⁊ fruc.leg.⁊ ita ĩtelligit ibi glo.⁊ cõiter doc.vñ p hec dcã nõ est recedẽdũ a sñia cõi. Pro qua adduco tibi text.in.c.cũ.ad cõsultatõem.de re iudi.nõ seq̃ẽdo lecturas ibi positas que nõ sunt v̂e sed lecturã que mãifeste cõtinet̃ in v̂bis h̃ere que vult in effcũ ꝙ cõdẽnatus ad purgãdũ se ⁊ sic ad facttũ p̃cise q᷑ in illo fcõ nõ succedit obligatio ad iteresse põt illd fcm̃ iplere.ĩ.tp̃s.quadrimestre nisi sit abreuiatũ p terminũ statutũ a iudice. ¶ Et adde ad istã mãm vltra doc.qd singl'r tradit Jo.an.in addi.spe.in ti. i qua nõ statuit̃ tp̃s quadrimestre a.l.sed statuit̃ arbitrio iudicis si iudex statuit terminũ in sñia ad restituẽdã rẽ nõ põt postea lata sñia illũ terminũ alterare q᷑ ille termin⁹ est ps sñie diffinitiue que mutari nõ põt ut.l.iudex postq̃ de rei iudi. Adde ẽt qd no.gl.⁊ bar.in.l.si cũ dies.§.si ultra.s̃.de arbi.vbi declarat̃ ꝙ tp̃a q̃drimestria cõpetat cõdẽnato ab arbitro.uide ẽt tex.no.i.l.qm̃ nõ nulli.C.de ap.p quẽ bal.dicit ibi no.ꝙ deferẽti appellatõi nõ cõcedit̃ tp̃s quadrimestre pp verbũ mox.ibi positũ.⁊ hec dcã multũ cõmẽdat.d.m.⁊ sequit̃ in.l.i.§.qui p̃ses.s̃.e. Idẽ tenuit glo.ordi.⁊ no.⁊ bal.ibidem in.l.ij.C.de tẽpo.ap. Sed ista doctria est aliquãl'r dubia p̃io p tex.in.l.i.C.de supexac.li.x.⁊ qd ibi no.bar.vbi dictio.stati posita in tex.nõ tollit tp̃s quadrimestre.qd dat̃ iudicatꝭ.sil'r dicit glo.no.in sil'i.q.i autẽ.ut nulli iudicũ.§.illos v̂o.quã allegat Jo.an.in nouel.in.c.ab eo.de ap.li.vi. Vñ bal.no.in.l.si quis pecuniã.C.depositi.lʒ colligat arg.in pri.pp verbũ mox.⁊ statiʒ.ꝙ cõdẽnato in actõe depositi nõ dat̃ tp̃s quadrimẽse. Simuliter tñ v᷑ sentire c̃riũ ⁊ hoc credo v̂ius q᷑ per dispõem gnãlem nõ v᷑ derogatũ priuilegio cõcesso cõdẽnatꝭ miseratõis cã vt.l.i.§.si qua.⁊ ibi p bal.i p̃ria c̃sti.C.⁊ plene p bar.in ex̃ua.ad reprimẽte i v̂.nõ obstãtibus.nisi diceres ꝙ istd nõ est priuilegiũ sʒ dispõ iuris cõis cõcessa idifferẽter oĩbus obligatꝭ plus tñ plʒ vt dixi ꝯuare regulas iuris. Sup tertio articulo i quo querit̃ vtꝛ difficultas excuset a cõmissione more adde dcis bar.ꝙ ẽt qñ quis debitor est q̃titatꝭ difficultas excusat in duobus casib⁹ ꝯʒ ang. Primus est in eo qui ꝓmittit soluere cũ poterat vt.l.nepos ꝓculo.de v̂.sig. Scds qñ ipedimẽtũ c̃tingit in ꝑsona creditoris allʒat tex.in.l.fi.de naui.feno.qui tex.hoc nõ ꝓbat lʒ gl.ibi tãgat hoc ⁊ in.l.ad diẽ.s̃.e.⁊ ẽ casus in.l.pecunie.§.fi.ff.d vsur. Vtrũ aũt solũ ipedimẽtũ ꝓueniẽs in ꝑsona creditoris excuset debitorẽ a mora absq᷑ alia ꝓstatõe faciẽda p ip̃m vl' alia oblatõe ⁊ depõe est difficilis qd ⁊ vidisti bar.sententẽ ꝙ nõ requirit̃ alia ꝓstatio sʒ sufficit simpl'r debitorẽ eẽ ipeditũ ex pte creditoris in.§.cũ ita.s̃.e. Et istud credo verius ita cõsului ãno p̃terito solẽniter rñdẽs quibusdã dcis pau.de ca.in.l.ad diẽ.s̃.e. Et iter cetera dixi ꝙ qñ aliquis ex ipedimẽto cõtingente in ꝑsona creditoris vult solũ nõ incurrere morã nõ aũt cõsequi aliquid de nouo sʒ cõꝯuare ius suũ in statu in quo primo erat tũc nõ erat necessaria aliqua ꝓstatio vel dispõ sec⁹ si ex tali ipedimẽto quis vellet cõsequi aliqd ius de nouo qd prius sibi nõ cõpetebat allegaui glo.singularẽ quẽ ita distinguit in.l.ait p̃tor.§.i.ff.de mino.⁊ optimũ tex.ꝓbantẽ cõclusionẽʒ quẽ induxi multipliciter in.l.arbiter calendis.s̃.de arbi.⁊ bona dicta distuli aliter discutere hunc articulũ h̃. An aũt quo ad alios effectus iuris cõsequẽdos quos consequitur ille qui est ipeditus requiratur ꝓstatio ipedimẽti ⁊ quid si ipedimentũ sit in ꝑsona debitoris eo casu quo pp ipedimentũ excusatur a mora vtrũ tũc requiratur ꝓstatio.de ipedimẽto vide glo.or.in.c.i.⁊ in.c.finaũt.⁊ in.c.plerũq᷑.⁊ ibi p do.anto.de rescrip.in.c.cupiẽtes.§.quid si p.xx.de elec.li.vi.vide etiã qd no.bar.in.l.ij.§.qd diximus.ff.si quis cau.⁊.l.ij.§.dies.vl'.§.seq.ff.qñ ap.sit. Secundo adde inquantuʒ bar.h̃ dicit ꝙ in.l.thais.§.i.de fideicõ.lib.heres erat obligatus ad factum.i.ad liberandum seruos quibus debebatur libertas.nam Joã.de imo.hic v᷑ ipugnare istã solutionem dicit.n.ꝙ cum illud fcm̃

ordinetur ad solutionẽ quantitatis.quia liberatio ab ere alieno fit p q̃titatꝭ sol'onẽ. Idẽ iudicandũ ẽ d illo fcõ qd de sol'one obligatõis q̃titatꝭ p ea que tradũtur p glo.⁊ ibi p bar.in.l.v.§.si sortẽ.s̃.e. Sʒ nos possum⁹ saluare sol'onem bar.dicẽdo ꝙ liberatio põt c̃tinere in se fcm̃ ⁊ datõeʒ.nã si aliquis soluat creditori tũc liberatio c̃tingit p datõem si aũt liberet eũ queʒ dʒ liberare dãdo creditori nouũ expromissorẽ aĩo nouãdi vel suscipiẽdo in se obligatõem aĩo nouãdi.tũc ista obligatio cõtinet fcm̃.p quo vide bonũ tex.in.l.qui aũt.§.i.ff.de c̃sti.pe.cũ ista obligatio sit ꝯmista ex fcõ ⁊ datiõe.sicut in sili dicit gl.in eo qui ꝓmittit vẽdere in.l.certi c̃ditio.in prin.ff.si cer.pe.⁊ bar.in.l.cũ vsusfructus.ff.de vsufru.le.⁊.l.vxorẽ.§.agri plagam.ff.de le.iij.põt dici ꝙ attendet̃ q̃litas q̃ ꝓdest ad euitandã moram sicut dicit Bar.in sili in.l.si pupillus.ff.ad.l.falci. ¶ In c̃riũ tñ facit qd ipse not.in.l.si vir.ff.de dona.⁊ id magis plʒ sol.d.Jo.quã ipse hic põit ⁊ ẽ singlis limitatõ ad istã mãʒ vt dicam⁹ ꝙ ille tex.loquit̃ in mora irregulari.i.i mora q̃ c̃hit̃ re ipsa sine iterpellatõe.sicut c̃tingit i p̃statiõe libertatꝭ vt.l.cũ v̂o.§.appet.ff.d fideicõ.lib.vt ẽt difficultas supueniẽs dbitori q̃titatꝭ excuset eũ a mora.lʒ ipse nihil alleget pro ista dcisione do tibi glo.sing.⁊ aureã i.l.diuortio.ff.de nego.ge.q̃ in vltia sol'one sua vult ꝙ i casu illi⁹.l.hẽat locũ lex.nepos ꝓculo.ff.d v̂.sig.i quo singl'r c̃hit̃ mora irregularis.⁊ ꝙ dbitor q̃titatꝭ nõ dicat̃ i mora nisi qñ põt soluere salua sua dignitate ⁊ nõ soluit. Et hãc c̃cl'onẽ sensit hic ang.ad intellectũ illi⁹.l.dũ allegauit eã p c̃cordia ad.l.nepos ꝓculo dv̂.sig.⁊ tene mẽti q᷑ ẽ nouũ dcm̃ i mã more. ¶ Et aduerte ad sol.bar.q᷑ si tenerem⁹ id qd tenuit dy.⁊ Pe.i.l.si stipulat⁹.§.possum s̃.e.ꝙ obligat⁹ soluere dicat̃ obligat⁹ ad fcm̃.sol'o sua eẽt verissima ⁊ expedita. Sʒ q᷑ ipse ibi rep̃hendit hanc doctrinã.⁊ cõiter sequũt̃ Moder.id p hoc mediũ nõ põt defendi. Et ꝓ defensiõe q̃ adduxi.p eo vide bonũ tex.i.l.soluerit.⁊.l.itẽ liberat̃.in pric.ff.qui.mo.pig.vel hip.sol. ¶ Tertio adde ꝯm Jo.de imo.hic ꝙ ẽt debitor q̃titatꝭ si fecit totã diligẽtiã suaʒ nõ incurrit morã.si postea ipedimentũ supueniat absq᷑ culpa sua.alle.tex.in.c.significãte ex̃ de pig.vbi ꝓbat̃ ꝙ pcm̃ legis cõmissorie nõ hʒ locũ in p̃iudiciũ debitoris qui dbebat soluere pecuniã ad terminũ.⁊ misit pecuniã creditori p eũ d quo ꝓbabil'r poterat c̃siderare qui pecuniã c̃uertit in vsus suos ⁊ ñ soluit. De cui⁹ dcretalis ĩtellectu vide vltra ip̃m qd põit Jo.an.no.i nouel.i.c.q̃q̃ d vsur.li.vi.⁊ i.c.venerabilib⁹.§.ideʒ est de sen.excõ.e.li. Et põdera ꝙ ille tex.loquit̃ in casu spãli i quo c̃ctus subsistẽtat̃ pp iuramẽtũ vbi al's eẽt nullus. Et hoc v᷑ eẽ fundamẽtũ põtificis in illo tex.vt pʒ in v̂.cũ igit̃.vñ nõ est mirꝝ si pena facilius euitat̃.tum q᷑ ẽ odiosa ⁊ reprobata a iure de sui nã.tum q᷑ c̃ctus subsistẽtat̃ d iure spãli q᷑ facili⁹ tollit̃ ius spãle q̃ ius cõe vt.l.eius militꝭ.§.militia de test.mili.⁊ id trahere illũ tex.ad aliũ casuʒ eẽt ꝑiculosum maxie q᷑ tex.⁊ gl.or.quã ibi approbat bar.fere in hisdẽ termis dterminat cõtrariũ i.l.si quis vxori.§.apd labeonẽ.ff.de fur.vbi glo.cõcludit ꝙ dbitor generis nõ liberat̃ ab obligatõe sua.lʒ tradiderit pecuniã ei qui ꝓbabil'r poterat credere attenta forma stipu. Sed possʒ rñderi ꝙ lʒ dbitor nõ liberet̃ possʒ tñ c̃seruari a mora ⁊ ab icursu pene p talem actũ. Ego tñ nõ extenderẽ illũ tex.per glo.suã p ea que.s̃.dixi. Et vtꝛ difficultas excuset a ꝑiurio q̃ surgit ex eo q᷑ dbitor nõ põt soluere nõ q᷑ sit ipeditus aliquo casu extrinseco vide oĩo qd ponit bal.in.c.i.§.lʒ in fi.si d feu.fue.c̃tro.iter do.⁊ ag.i.c.i.§.fi.de feu.sine cul.nõ amit. Et vtꝛ excuset a pẽa.l.vide eũdẽ bal.no.i.l.acceptã.C.d vsu. ¶ Vltimo adde ꝙ pau.d ca.hic ad ĩtellectũ hui⁹.§.uoluit ꝙ ꝓmissio fcã simpl'r de re q̃ ẽ in alio loco q̃ i loco ꝓmissiõis tũc demũ statim debet̃ qñ locus non ẽ exp̃ssus in stipu.⁊ stipulator ignorat rẽ eẽ alibi. Vñ ifert ad limitatõeʒ huius l'e ꝙ si i stipulatõe fuissʒ declaratũ ꝙ res erat in alio loco vel si stipulator sciebat rẽ eẽ i alio loco.tũc ꝑinde ẽ ac si sol'o eẽt collata in loco alle.tex.⁊ qd ibi no.i.l.qd legatũ.ff.d iud.vbi ꝓbat̃ ꝙ res relicta a testõre dʒ solui i loco vbi erat tpe testi q᷑ ita v᷑ voluisse testõr.sic meli⁹ decl'at tex.i.l.cũ res.§.i.ff.de leg.i.sʒ illa lex cũ mã sua poti⁹ facit c̃ eũ q᷑ sic ibi ostidit tex.⁊ plene dclarat̃ i glo.or.dilatio q̃ cõpetit ibi ad soluẽdũ in loco iponit̃ executõi nõ aũt obligatõi qd pʒ q᷑ res illa põt peti i alio loco q̃ vbi est c̃uentũ.⁊ sic necessario sequit̃ ꝙ sup ea põt sequi cõdemnatio in alio loco.al's petitio essʒ frustratoria.maxime quia effectus petitionis nõ limitatur ad vnũ aliquẽ effectũ ꝑticulareʒ

ficut in.l.senatus.cū mā.ff.ō offi.pſi.vnde pp iſta ocā nō eſt
recedēdū a cōi ſnīa aliquo mō ſed eſt dicēdum vt.ſ.retuli ſm
bar.⁊ alios.

Si ab eo. Pōt deduci in ſtipulatōnē id qō pōt fi
eri p alium lȝ nō per ꝓmittentem. h.d.
¶ No.pꝛio ꝙ vba ɔhētiū in dubio debēt intelligi ſm quali
tatē ipſaꝝ pſonaꝝ que ɔhunt.vñ vides hic ꝙ ille qui ꝓmittit
edificare domū intelligit ꝙ ꝓmittat edificare per aliū qꝛ nō ē
viſile ꝙ intellexerit ꝙ deberet edificare p ſe cū eſſet iperitus
edificādi ꝓmiſſoꝛ.cōcoꝛdat tex.in.l.ſtipl'o iſta.§.hec quoqȝ.ſ.
eo.⁊ i.l.quibus diebus.§.diis.ff.de cōdi.⁊ de.¶ No.ſo ſm
bar.⁊ cōiter moder.ꝙ in fcō explicādo in dubio nō vr̄ eligi i
duſtria pſone qñ pſona eſt inhabil' p ſeipſā ad faciēdū ⁊.h.d.
bar.clare in.l.nemo.circa pꝛin.cōmeti.in.ij.rñſo.j.ti.pxi.vñ i
fert bal.in.c.i.§.ſi.epm vel abbatē in vſi.feu.ꝙ ſi princeps cō
cedit feudū muto uel al's iperfecto vr̄ ſibi cōceſſiſſe ꝙ ſuiat p
aliū ⁊ allegat dy.hic.Sȝ pꝛo declaratōe huius no.querēdū eſt
vtrū iſte tex.intelligat ſolū qñ ſtipulatoꝛ ſciebat cōditionē pſo
ne ꝓmittētis an vo ēt ſi credebat ꝓmittentē poſſe facere p ſe
id qō ſtipulabat vbigꝛa qꝛ credebat ꝓmiſſoꝛē eē peritū edifi
candi cū nō eſſet.Sup qua qōe raph.dixit ꝙ ſtipl'o iſta reddi
tur ipoſſibil' cū ab iperito edificandi per ſe adipleri nō poſſit.
Et hāc opi.ſequit hic pau.de ca.qui eū refert nos poſſumus
dicere ⁊ melius ꝙ iſta ſtipl'o redditur nulla qꝛ ꝓmiſſoꝛ vr̄ itel
ligere de vna re.i.de vno fcō ⁊ ſtipulatoꝛ de alio fcō. Diuerſi
tas aūt inter ꝓmiſſoꝛē ⁊ ſtipulatoꝛē in re que deducit in ſtipu
latione ſine dubio reddit ſtipl'onē nullā vt inſti.de inti.ſtip.§.
ſi alie.⁊ p glo.oꝛ.in.l.i.§.ſi ſtipulāti.ſ.eo.fcm̄.n.alterius ⁊ fa
ctū meū nō ſunt idē ſȝ due res diuerſe ut.l.ſi nō ſoꝛtē.§.liber
tus.ff.de cōdi.ide.⁊.l.inter artifices.j.de ſol.vñ lȝ diuerſitas i
cā inter ſtipulatoꝛē ⁊ ꝓmiſſoꝛē nō reddat ſtipl'onē nullā qꝛ in
ſpicit intētio ꝓmiſſoꝛis ſm glo.no.in.l.ij.§.circa.ff.de do.ex
cep.ſecus tñ eſt in diuerſitate circa res.Et lȝ illā gl.ſequat dy.
⁊ an.de bu.in.c.ſi cautio.de fi.iſtru.bal.tñ eā repꝛehēdit ⁊ me
rito in.l.gnāl'r.in vl.char.C.ō nō nu.pe.p.l.ſi ego.que optie
facit.ff.ſi cer.pe.⁊ qꝛ dona.nō pficitur ſola volūtate donātis
niſi ille cui donat cōſentiat ut.l.abſ'is cū mā.ſ.de edē.hic aūt
nō cōſentit ſtipulatoꝛ i donatōe. Et hāc opi.ſequūtur moder.
ſcribētes in.c.ſi cautio.p̄alle.Sȝ dubitat vltra eos quid ſi ſti
pulatoꝛ nō credebat eū eſſe pitum neqȝ tñ ſciebat eū eſſe iperi
tū vtꝝ ſtipl'o valeat tūc.Et credo ſtipl'onē valere ⁊ ita poſſȝ in
telligi tex.nr̄ qꝛ tal'r affectus vr̄ cogitaſſe in genere ut ſtipula
tio ualeat ſm qō verba ſonāt ſi ita valere pōt. Sinaūt ualeat
eo mō quo pōt valere iuxta rl'am poſitaȝ in.l.ſp in ſtipl'onib⁹
de re.iu.¶ Pꝛo iſta cōcl'one adduco tibi tex.no.in ſili.queȝ
ibi pōderat bar.ad hoc in.l.ab oībus.§.in teſtō.ff.de le.i.vbi
dicit p illū tex.ꝙ lȝ cōditio ipoſſibilis uitiet legatū qñ teſtatoꝛ
credebat eā eſſe poſſibilē ſi tñ teſtōꝛ nō credit eā eſſe poſſibi
leȝ nec tñ ſcit eā eſſe ipoſſibilē vȝ ſtipulatio qꝛ intētio teſtōꝛis
adaptat ad hoc ut i iſto dubio uelit ipleri cōditōem ſi pōt iple
ri alias velit eā hr̄i pꝛo nō appoſita.¶ In glo.ſup vbo poſ
ſibilē.ibi eſt argumētū ⁊c.bar.hic ſolēniter tractās iſtā.q.cōſi
derat duos caſus pꝛicipales.Pꝛimus eſt vtꝝ ipſe aduocatus
poſſit ſuire p ſubſtitutū.Scd̄o quid de hr̄dibus eius.¶ Cir
ca pꝛimū adde dcis eius inquātū ponit regulā ꝙ in his in qui
bus nō eligit iduſtria pſone lȝ ſuire p ſubſtitutū. Nā hoc eſt
limitādū ſingl'r p ea que hnt in.c.ſi.§.i.de ꝓcu.li.vi.maxie i
rōe lr̄e vȝ ꝙ i his q̄ ſūt valde grauis p̄iudicij ēt iſto caſu ſi cō
mittat negociū ſpāliter ſiue vnū negociuȝ nō lȝ ſubſtituere ut
pȝ ibi in rōne tex.⁊ i illo caſu ſpāli.Et lȝ gl.in.c.ſi quis iuſto
in vbo certa pſona.videat ſimpl'r velle ꝙ ꝓcuratoꝛ cōſtitut⁹
ad vnū negociū poſſit ſubſtituere regl'r hoc tñ eſt falſuȝ qꝛ oȝ
reſtrigere illū tex.ad negociū in quo eſt electa induſtria pſone
⁊ iſto mō ꝓbat limitatiōem meā nā ſi in negocio eſſet electa i
duſtria pſone ꝓcuratoꝛ nō poſſȝ ſubſtituere regl'r ut.l.in uſu
capiōibus.§.i.⁊ ibi hoc no.bar.de diuer.tēpo.pſcrip.⁊ ſatꝭ ꝓ
bat in.c.is cui.de offi.le.li.vi. Intētio igit tex.in.c.ſi.eſt iſta
ꝙ quāuis ꝓcuratoꝛ cui cōmittit vnum negociū limitatū cum
certa pſona poſſit regl'r ſubſtituere qꝛ nō vr̄ electa ei⁹ iduſtria
ut in.c.is cui.hoc tamē fallit in mr̄imonio pp magnitudinē p̄
iudicij.Et pōt dici ꝙ qñ negociū ē grauis p̄iudicij ex hoc ſolo
vr̄ electa iduſtria pſone vbi al's nō videret.Facit optie qō po
nit bal.i.l.ſi.§.ſȝ ⁊ ſi quis.C.cōi.dele.vbi vult ꝙ cōpꝛomiſſū
fcm̄ in aliquē ſub noīe dignitatꝭ qñ agit ō magno p̄iudicio nō
tráſeat in ſucceſſoꝛē lȝ al's cōmiſſio fcā dignitati tranſeat vt in
c.qm̄ abbas.cū materia de offi.deleg.Scd̄o adde inquātū ip
ſe dicit h ⁊ ſequūtur cōiter doc.ꝙ ubi ē electa induſtria pſo
ne regul'r quis non pōt ſuire per ſubſtitutū.nā iſtud ē limitā
dum ſm pau.de ca.niſi ille cuius eſt electa induſtria velit ſui
re p filium ꝓpꝛiū qꝛ tunc dȝ admitti alle.tex.in.l.iiij.§.vica
rios de legatio.Facit optime qō habet in.l.i.§.inter filiuȝ.j.
ad.l.coꝛ.ō fal.vbi facilius ɔcedit pr̄i ꝙ filius aſcribat ſibi le
gatuȝ ex mādato pr̄is q̄ ꝙ extneus. Et iſta qō hoc āno occur
rit de fcō.nec tñ fuit deciſa.⁊ de ſubtilitate iuris ē dubia quia
tex.allegatus p dñm pau.loquit in caſu in quo non ꝓceditur
ſtricte ſm regulas iuris.ꝙ qꝛ eſt electa induſtria pſone nūꝙ
poſſit ſuiri p ſubſtitutū.nā vt pȝ in.l.ſi abſente.ff.e.ēt in alio
caſu pmittit iſta ſubrogatio.vȝ qñ ille qui creat legatus nō eſt
p̄ſens in loco creatōis.vñ forte ō iure iſta limitatō nō eſt ȝva.
¶ Adde tertio inquātum ipſe ɔcludit hic ꝙ qñ ille cui⁹ indu
ſtria eligit ē impeditus pōt ſuire p ſubſtitutū p.l.i.C.ō pꝛin.
agē.in re.li.xij.qō ipſe idem bar.in.d.l.i.vr̄ dicere ꝙ ibi ē ca
ſus ſpālis in eo qui multū laboꝛauit pꝛius ꝓ repub.in illo of
ficio.⁊ hoc vr̄ dicere tex.ibi cōſideratꝭ laboꝛibus ⁊ ſic vr̄ ꝙ i
ɔtrium ſit ius cōe.Dic ergo ⁊ pfecte diſtinguēdo ꝓut ipſe no.
diſtinguit in.l.obſeruare.§.ſi.de offi.ꝓcon.⁊ le.ꝙ aut aliquiſ
ē ipeditus impedimēto tp̄ali nō diu duraturo.⁊ tunc pōt ɔſti
tuere ſubſtitutū vt in autē.de cura.§.ꝓhibemus cū alijs iuri
bus alle.p bar.Aut impedimētū ē ppetuum ⁊ diu duraturū.⁊
tūc non pōt ɔſtitui vicarius ſeu ſubſtitutus.⁊ iō officialis ē re
mouēdus vt.l.ſi longius.in pꝛinc.ff.de iudi.Vñ in caſu nr̄o
auferendū eēt p̄mium aduocato.lȝ eēt ipeditus p caſum qꝛ in
ɔctibus noīatis vel inoīatis caſus foꝛtuitus ſupueniēs in p
ſonā eius qui dȝ p̄ſtare opam nō releuat eū.ita diſtinguit la
te bar.in.l.ſi vno.§.item cū quidā ubi ē videndū.ff.loca.⁊ in
hoc ē dr̄ia inter ɔctus ⁊ vltimas volūtates ut ipſe ſolēniter ō
clarat in.l.ij.§.ſi.ubi ē videndū.ff.de eden.Foꝛte tñ poſſȝ di
ci in aduocato ꝙ ad minus ōberet ſibi relinqui p̄miuȝ ꝓ illo
āno quo cepit eſſe ipeditus qꝛ ſic diſtinguit in ſalario ſibi de
bito in.l.i.§.diuus de var.⁊ extꝛ.cog.ſm Bar.hic.Pꝛo iſta
ɔcl'one facit optime tex.in.c.i.§.ſi.epm vel abbatē in vſi.feu.
vbi dr̄ ꝙ ſi in feudo nouo infirmitas poſt feudū acquiſitū cō
tingit vaſallo auferꝭ ſibi feudum.lȝ in feudo auito ⁊ pr̄no alia
rōe ſit dubiū vtꝝ ōbeat auferri.de quo vide p bal.pleniſſime
in.c.i.an mutus uel ipfectus in vſi.feu.poſito tñ ꝙ ɔcl'o bart.
eſſȝ rl'aris ⁊ va ſimpl'r eam limitat ſolēniter niſi ſeruiciuȝ vel
ope debeant pꝛincipi qꝛ tūc ſine eius licētia nō pōt ſuiri per
ſubſtitutū.ita no.bal.in.c.i.§.ſi.epm uel abba.p̄alle.alle.tex.
in.l.ſi quis ex coꝛpe.C.ō mulile.lib.xi. Sed ille tex.nō facit
ſalua reuerētia qꝛ ibi ſubrogatio fiebat in totuȝ loco p̄mij.ita
ꝙ pꝛim⁹ ōſinebat eē in offō.⁊ alter erat uerus officialis quo
caſu nō ē mirū ſi requirit licētia pꝛincipis qꝛ iſta ſubꝛogatō ē
q̄dam creatio noui officialis q̄ dȝ fieri p pꝛincipē.Facit optie
ꝓ iſta dr̄ia qō no.bar.in.l.ſi filius.§.i.ff.ō legati.⁊ in.l.i.§.ap
fectis.ff.ō le.iij.Nos aūt loquimur in iſto caſu ſed qñ ſubſti
tutus ab impedito exercet offm̄ noīe impediti vñ tunc nō eſt
noua creatio officialis.ſȝ ꝓpꝛie ſubrogatio in locū veteris ue
teri adhuc manente.vñ melius facit ꝓ iſta cōcluſione tex.no.
in.l.ſi.C.de caſtrē.li.xij.ubi clare pȝ ꝙ ad hoc ut ſubſiſtente
impedimēto poſſit ſubrogari alter ē opus ſpāli cōceſſione pꝛi
cipis ꝓut ibi fuit fcm̄. Nos tñ poſſumus intelligere illū tex.
ꝙ hoc nō ſit qꝛ agatur de ſuicio p̄ſtando pꝛincipi.ſȝ qꝛ ipedi
tus ut dixi.ſ.impedimēto ppetuo uel diuturno regul'r nō pōt
ſubrogare.Scd̄o vr̄ limitandū niſi actus in quo eligitur indu
ſtria pſone cōpetat alicui ex cōſuetudine.nā tūc qꝛ cōſuetudo
ē ſtricti iuris nō extendit ut no.Inno.in.c.dilecta de offic.ar
chi.⁊ bal.in.l.de quibus.ff.de legi.⁊ hñ facit tex.⁊ qō ibi per
bar.in.l.iij.§.ſi quis hoc interdcō.ff.de iti.actuqȝ pꝛi.tm̄.n.vr̄
hr̄e ille qui exercet hūc actū q̄tū dedit ſibi cōditio.vȝ ut ipſe
exerceat.vñ non pōt uſurpare ultra cōſuetudineȝ ut ſulat per
aliū.ita decidit ſing.Jo.an.in.c.i.ne ſe.ua.li.vi.in nouel.Et
lȝ ipſe nō loquat ſpecifice in eo qui ē impeditus.iſta tñ rō quā
aſſignat manifeſte ōclarat qō intēdit qꝛ ſi intelligeret de nō i
pedito.tunc ex quo ē electa induſtria pſone ēt ſi hoc cōpete
ret ſibi de iure idē e ēt ut ꝓbatū eſt.¶ Tertio debes limita
re iſtā doctrinā p ea q̄ ponit bal.no.in autē.ſi quis in aliquo i
uer.ulterius q̄ro.C.de eden.ubi dixit ꝙ q̄uis notari⁹ impe
ditꝰ poſſit cōmittere alteri ſcripturā inſtr̄i ſignū tñ ⁊ ſubſcrip

tionē

tionē ꝑ quā autēticat̃ scriptura nō pōt cōmittere. Adde ēt dcis
ang. hic inq̄tū ipse no. dicit ꝙ īpeditus nō pōt substituere ni
si prius substitutus approbet̃ a iudice ꝑ.l.si quis ex corpe. C.
de mulile. ꝙ istud dcm̄ nō vr̄ ꝓbari in illa.l. q2 vt dixi. s. nō lo
quitur in substituēte ꝛ substituto qui exercet actū noīe substi/
tuētis. sicut nos loquimur in casu nr̄o ꝛ est lōga dr̄ia rōe p̄mis/
sa. Et ꝯ doctrinā eius vr̄ casus in.l. quisquis. C. de epi. ꝛ cle.
vbi dat̃ facultas substituēdi quē maluerit que v̄ba significant
quē magis voluerit ꝛ sic ponit̃ in volūtate substituentis simplr̄
verbū aūt volūtas simplr̄ ꝓlatū significat volūtatē liberā vt.l.
fideicōmissaria. §. q̄ꝙ̄. ff. de le. iij. ꝛ ꝑ bar. in.l. si sic. in prin. ff.
de le. i. Nō eēt aūt volūtas libera si nō posset substituere nisi
de cōsensu iudicis approbātis q2 ēt vbi requirit̃ cōsiliū alteri
us volūtas nō dr̄ libera vt.l. cū tale. §. i. ꝛ ibi no. ff. de condi. ꝛ
de. ꝛ hoc ēt innuit tex. in.l. i. in fi. C. de prin. agē. ī rebus. s. al
le. dū dicit ꝙ substituit electōe sua. Adde ēt inquātū ipse dicit
ꝙ substitutus approbatus a iudice administrat ꝑiculo substi/
tuētis ꝑ.l. nullus. in fi. C. de decu. qō idem ꝓbat tex. ꝛ ibi no.
bar. in.l. neminē. C. e. ti. ꝛ in.l. ad similitudinē. ꝛ ibi ꝑ bal. C. de
epi. ꝛ cle. ꝛ bn̄ facit tex. ī.l. decreto. ī fi. ff. de admi. tu. Sz tu ad
uerte q2 illa iura nō dicūt ꝙ substitutus sit approbatus a iudi
ce lz dicāt ꝙ ꝑiculū ꝑtinet ad substituētē sicut ēt dicit tex. ꝛ ibi
ꝑ bart. in.l. i. C. de exactoribus. ꝛ executo. li. xij. Et ꝯtrium vr̄
posse dici de iure vz ꝙ tūc ꝑiculū nō ꝑtineret ad substituētem
q2 nō pōt dici ꝙ ꝑsona substituta nō sit ꝓbabil' ex quo est ap
probata a iudice ꝓ cuius fcō p̄sumit̃ vt.l. i. C. de offi. ciui. iu.
ꝛ.l. i. C. de pōde. ꝛ auri rōe. li. x. ꝛ per ꝯñs vr̄ ꝙ ille qui cōmi
sit sibi administratōez vacet a culpa ꝛ nō teneat̃ lz substitutus
fuerit in culpa ꝑ.l. argētū. ī fi. ff. cōmo. per quā ita decidit Jo.
an. in casu nostro ēt vbi p̄cessit approbatio iudicis dūmō al's
ꝑsona p̄sumat̃ esse fide digna in addi. spe. in ꝛ̄ica de loca. in
vlt. q. ꝛ ponit exēplū de eo qui substituit aliquē in custodia ca
stri sibi cōmissi vbi oīo ē vidēdū. Nec ob. p̄missis lex decreto
in fi. de admi. tu. vbi vr̄ ꝓbari ꝙ ēt qñ substitutus approbatur
a iudice ꝑiculū ꝑtinet ad substituētē. nā hoc est iō in. d.l. q2.l. ñ
admittit tutorē ad substituēdū simpliciter cū decreto iudicis sz
cū hac qualitate ꝙ periculū redūdet ad eū ꝛ hoc iducit̃ fauore
pupilloꝝ. vbi aūt simpliciter lex diceret substitutū debere ap/
probari tūc videret̃ ꝓcedere cōclusio supdicta. ¶ Circa s̄m
mēbrū principale cōcludit h̄ bar. ꝙ q2 feudū datuz ꝓ aduoca/
tōe vr̄ esse datū ꝓ mercede aduocatōis tale feudū post ānum
pōt auferri intellige declarādo dcā sua nō solū eius heredibus
sed ēt ipsi pricipali cui cōcessū est feudū vt loquit̃ tex. in. c. i. d
feudo guardie. ang. aūt hic rep̄hēdit istō dcm̄ q2 illud. c. loqui
tur in duobus casibus. s. qñ feudū est datū ꝓ guardia uel castal
dia ꝛ hoc est exp̄ssuz s̄m eū vñ si feudū nō datur exp̄sse ꝓ alte
ro ex his duobus stat regula ꝙ feudū nō pōt auferri ad libitū
dñi ēt si sit datū hodie minimis valuassoribus vt est hodie de
claratū in. c. de feu. da. minimis valuassoribus hec est nā feu/
di vt dicit tex. in. c. i. d nā feudi. ꝛ qñ feudū pōt reuocari ad nu
tū cōcedētis nō dr̄ ꝓprie feudū no. in. c. i. §. fi. qui feu. da. pos.
sed. d. Jo. d imo. defendit bar. ab ista īpugnatōe q2 tex. p̄alle.
ponit tertiū casū in quo ēt feudū pōt reuocari post annū vz qñ
daret̃ ꝓ mercede alicuius rei q̃ verba do. Joā. vr̄ intelligere
hoc mō ꝙ opera q̃ p̄statur in recōpēsatōez feudi sit merces ip
sius feudi bal. aūt ꝛ pe. de cerbe. in. d. c. i. vidētur intelligere si
cut vere v̄ba sonāt ꝙ ip̄m feudū sit merces alicuius rei. i. ali/
cuius s̄uitij p̄stādi per vasallū qñ feudū detur vt p̄ciū ope ꝛ in
telligēdo primo mō ꝓut ipse intelligit illū tex. dicit ip̄e ꝙ opi.
gl. hic pōt defēdi ab īpugnatōe bar. q2 ille tex. loquit̃ qñ mer/
ces datur ꝓ feudo. v̄bū aūt mercedis significat datōez pecunie
s̄m eū vt.l. si merces. in prin. ff. loc. ergo cū in casu gl. nō p̄ste
tur pecunia sed fcm̄. i. aduocatio nō sumus ī casu illius ca. Sz
ista r̄ñsio est manifeste ꝯ intentōez tex. qui dicit ꝙ feudū dat̃
ꝓ mercede alicu⁹ rei ꝛ sic nō vr̄ se restringere magis ad vnaz
rē q̄ꝑ ad aliā. Vñ melius vr̄ dicendū ꝛ ꝓbabilius cōcordādo
istas opi. ꝙ siue dicas feudū esse mercedem opere siue dicas
operā vel s̄uitiū esse mercedē ꝙ aut recōpēsatio s̄uitij equiua
let feudo vel modicū differt ꝛ tūc vera sit opi. Bart. h̄ posita
quā etiam videtur approbare bal. in. d. c. i. p̄alle. dū ponit exē
plum de feudo dato ꝓ aduocatione. Aut feudū multum exce/
dit s̄uitium qō est prestandum ꝛ tunc beneficium feudi tran/
seat ad heredes nec possit auferri quasi sit datum pro merce/
de opere vel opera sit merces eius vnde appellabit̃ beneficiū

gatōem iurisgentiū quo ad eum vꝫ vt pactū. vt. l. si acceptila
tum. in prin. ff. de acceptila. ⁊. l. si vnus. §. si acceptilatio. ff. de
pac. ⁊ per cōsequēs hoc pactū nō nocet tali correo nisi eo ca
su quo pactū simpl̄r factū ab vno noceret alteri de quo dictū
est. s̄. in. vi. q. nam ipse non v̄r posse euadere tex. queꝫ allegat
in oppositū vꝫ. l. ⁊ per iusiurandū. §. ⁊ si fideiussori. ff. de ac
cepti. sicut enim ibi acceptilatio fcā in persona fideiussoris qꝛ
valuit in eius ꝑsona in ꝯñam trahitur ad reum principalē ob
ligatum de iuregentiū ita punctaliter v̄r dicenduꝫ hic. nam ex
themate suo apparet ꝙ debitor respectu creditoris liberantꝭ ⁊
obligatōis ipsius fuit recte ꝑ acceptilatōem liberatus cū obli
gatio sua fuerit nouata per aquiliā stipulatiōem vt ipse p̄sup
ponit. Cur igitur ēt in casu nostro ex ꝑsona sua non pōt tran
sire ad correum credēdi vt in vi acceptilatōis liberet̄ debitor
etiam a correo. certe hic non v̄r ratio dr̄ie. vnde difficile est
saluare istud dictū. Ego tamē dicebaꝫ in lectōe p̄cedenti ꝙ fa
cilius erat vt acceptilatio efficax sit in ꝑsona fideiussoris fauo
re liberatōis ⁊ extenderet̄ ad reum principalē q̄ꝫ ꝙ ex fcō vni
us ex correis credendi ꝑiudicaretur alteri ex correis creden
di sicut videmus in. l. loci corpus. §. si fundus. ff. si ser. ven. ⁊ i
l. si de cā. ff. eo. ti. in quibus ꝓbatur ꝙ lꝫ sn̄ia lata ꝓ vno qui
habet ius s̄uitutis insolidū cuꝫ alijs ꝓsit alijs. non tn̄ alijs no
cet. Confirmatur ista rō dr̄ie qꝛ si diceremus ideꝫ in casu no
stro qd̄ in. §. ⁊ si fideiussori eēt in ptāte vnius ex cōreis credē
di ex ꝯtu iurisgentiū de facili auferre ius alterius liberando
ꝑ acceptilatōem p̄cedente stipulatione. vbi al̄s per pactuꝫ nō
posset sibi ꝑiudicare. Decisio tamē est valde dubia ꝑ ea que
dixi. ⁊ tamē ex dictis suis nota singul̄r ꝙ qn̄ tacitum pactū re
sultat ex acceptilatōe inutili. nihil amplius operat̄ q̄ꝫ simplex
pactuꝫ sine acceptilatōe. Et videbat̄ dicendum ꝯriū qꝛ ꝑtes q̄
voluerunt liberare ꝑ acceptilatōem vident̄ voluisse dare pcō
vim accceptilatōis. Sed ad hoc est dicendū ꝙ acceptilatio va
lida non ꝑiudicat correo credendi ex voluntate creditoris li
berantis sed potius ex natura sibi attributa a. l. qꝛ hꝫ vim so
lutionis. nā uolūtas unius nō inspiceret̄ ad ꝑiudiciuꝫ alterius
⁊ ideo bar. optime dicit in hac illatōe. ⁊ est addendū ad mate
riā de qua ponitur in. l. an inutilis. in prin. ff. de accepti. ⁊ i. l.
i. §. si quis ita. s̄. de ver. ob. Et ideo dicit bal. no. in. l. si diuersa
C. de transac. ꝙ q̄uis ꝑtes approbēt sn̄iam nullam tanq̄ pa
ctum solo cōsensu sn̄ia tn̄ uel cōuentio loco sn̄ie nō habebit vi
res sn̄ie ut mittatur executōi sicut sn̄ia. lꝫ in cōtrariū faciat tex.
s̄m lecturā bar. in. l. tale pactum. §. qui ꝓuo. ff. de pac. de quo
dic ut ibi. ¶ Quarto adde unū uerbū inquātum bar. dicit ab
solute ꝙ est dr̄ia inter nouatōem ex una ꝑte que fit ex alia cā
⁊ nouatōem que fit ex delegatōe. nam hoc uidet̄ ꝯ tex. in. l. si
rem. §. si duo uer. alioquin. j. de noua. quē induxi tibi in prin.
p̄cedentis lectōis. Et ideo dic ꝙ doctrina sua indubitāter est
uera qn̄ uetus d̄bitor d̄ nouo ꝓmittit ⁊ nouat suam ueterē ob
ligatōem. Sed quādo obligatio fieret per interuentū noue ꝑ
sone tunc ista uident̄ equiparari i. d. uer. alioquin ut. s̄. diximus
in prin. p̄cedentis lectōis. remanet tamē vna ꝑuula dr̄ia. quia
nouatio que fit per d̄legatōem ꝑiudicat simpl̄r correo ēt si ex
presse nō sit actuꝫ. sed secus est in nouatōe que fit ꝑ interuētū
noue ꝑsone. Et rō est qꝛ licet ista talis nouatio sit sil̄is delega
tioni non tn̄ hꝫ vim solutōis ita efficaciter sicut ipsa delegatio

nisi sit actũ exp̃sse q̃ p̃iudicet alteri vt.s.dixi. ¶ Circa octauam q̄ōez adde dict̄ bar.inquantũ ipse dicit q̃ si cessio fit per vnũ ex correis credēdi ꝯ debitorē ista cessio non preiudicabit alijs correis imo cessionarius qui succedit in locũ cedent̄ vtet̄ eodē iure quo cedens cũ alijs correis credendi ⁊ nō erit locus preoccupationi inter eos vt qui prio litem cōtestabitur vel recipiat solutionē preiudicet alijs per.l.heredez.⁊ in.l.q̃ ipsis.ff.d reg.iu.in quibus in effectu dr̄ q̃ successor vtitur iur̄ auctoris.Ang.hic vr̄ limitare hanc doctri.qñ cedens cessisset ex cā onerosa ⁊ accepisset p̄ciũ pro cessione tũc.n.illud p̄ciuz qd̄ est datũ pro eo qd̄ d̄bebat debitor cedit loco solutōis.ar.l.lit̄ estimatio.ff.ꝑ emptore.⁊.l.venditores hereditat̄.ff.de here.vel acti.vē.Sicut ergo si fuisset solutũ huic cedēti a debitore sine dubio p̃iudicaret̄ alijs.vt.l.ij.s.e.ita ēt nunc p̃iudicabit̄ sed ista sua doctrina nō vr̄ vera qr̄ hoc preciũ fuit solutũ a nō obligato ⁊ ex cā ad eum ꝑtinēte non noīe debitoris.ergo non pōt operari dissolutionē obligatōis sicut solutio ſm bar.qui ita declarat in.l.modestinus.in v̄.quarto casu.j.de solu.⁊ ꝓbat̄ in.l.si res obligata.in fi.ff.d legi.⁊ in.l.passi.ff.man.cũ mult̄ alijs vnde.d.Jo.de imo.tandē remanet in hac ꝯcl'one vt sit distinguendũ vtrũ post cessionē interuenerit vnũ de tribus q̄ ponũtur in.l.iij.C.de noua.An uero nō interuenerit in primo casu cessio facta ab vno ex correis credēdi p̃iudicet aliis ex quo actio directa cedent̄ est elisa apd̄ eũ. ¶ Scd̄o casu nō p̃iudicet intellige vbi ad elidēdā directā actionē cedent̄ requirit̄ vnum de illis tribus.nā aliqui sunt casus in quibus actio elidit̄ ipso iure ꝑ cessionē de quibus per bar.in.l.fcā.§.heres.ff.ad treb.⁊ ꝑ bal.in.l.i.C.de ac.⁊ ob.Sed q̃ ista opi.non sit vera pȝ ex his que dicemus ꝯ opi.bar.vñ pro intellectu huius q̄ōis cōsidera duos casus.vnus est qñ post cessionē imediate actio diffinita cedent̄ elidit̄.alter qñ non elidit̄ nisi interueniat vnũ ex his tribus de quibus in.l.iij.p̃allegata.prio casu si actio cedētis est elisa imediate hoc nō pōt esse nisi vtute taciti pacti ꝑ qd̄ cedens vr̄ promittere debitori q̃ ipse nō petet. ¶ Scd̄o casu posset dici q̃ eliditur actio diffinita cedentis ex legis dispōne que tñ procedit a facto hoīs p̄cedente.s.accessione facta. In primo igit̄ casu si debitor vr̄ liberari ꝑ tacitũ pactuz p̃iudicet alijs correis credēdi vr̄ esse distinguendũ sicut.s.fuit dcm̄ in.iij.q. In s̄o autē casu idē vr̄ dicendũ qr̄ sicut aliquis ex facto suo ꝓhibet̄ aliquid facere ad preiudiciũ alterius.ita ꝓhibet̄ facere aliquid ex quo resultet.l.dispō inducēs eundē effectũ ſm glo.bar.⁊ moder.in.l.si ita quis.§.ea.l.ff.de v̄.obli.⁊ ꝑ bal.in.l.hac edictali.in prin.C.de secũ.nup.Vñ in vtroqȝ casu vr̄ p̃iudicare ⁊ non p̃iudicari prout fuit distinctũ de pacto in.iij.q. Forte tñ possent saluari dcā bar.vt dicamus q̃ ista dcā in.iij.q.hñt locũ in pacto qd̄ simpl'r ⁊ absolute tendit ad liberatōem debitoris sed istud pactũ de quo nũc agitur potius tēdit ad surrogatōem vnius ꝑsone in locũ alterius in obligatōe q̄ ad absolutā liberationē.⁊ id̄ quia actus agentiũ nō operāt̄ vltra eorũ intentionē.vt.l.nō ois.in prin.ff.si cer.pe.Forte posset sustineri q̃ intētio cedent̄ nō fuit liberare ab alijs correis credēdi ⁊ hoc dcm̄ hȝ multam equitatez. ¶ Circa nonam q̄ōnem in qua querit̄ vtꝝ de cōfessione reorũ debendi ⁊ credendi ad de primo inquātũ bar.dicit q̃ cōfessio unius ex reis debendi nocet quo ad interruptōem p̄scriptōis ut.l.fi.C.de duo.reis. Nā posset queri vtꝝ ista ꝯfessio noceat alijs reis debēdi si forte ꝑeat instātia incepta ꝯ vnũ ex reis debendi vel sit cōdēnatus ⁊ tñ non potuerit absoluere.Suꝑ quo breuiter est dicēduz q̃ ista cōfessio nō noceret alijs correis ad ꝓbanduz debitum ꝯ eos qr̄ suꝑius determinatũ fuit in.iiij.q.q̃ snīa cōdēnatoria lata ꝯ vnũ ex reis debendi nō nocet alteri ut optīe ibi ꝓbat̄. Et regula est q̃ regl'r cui nō nocet snīa non nocēt acta hȝ Jnno.in.c.cāmqȝ de testi.⁊ refert bar.in.l.ij.j.ind.sol.⁊ i alijs locis que.s.retuli referendo dcā ang. ¶ Scd̄o adde inquātum bar.hic dicit q̃ cōfessio ext̄iudicialis facta vni ex reis credendi a debitore nō nocet alijs reis qr̄ per eam non fit preoccupatio sicut per cōfessionem factam in iudicio sed solum inducitur probatio debiti ut.l.publia.in fi.ff.depositi.vnde alijs correis non nocet sed prodest quo ad effectum interrumpendi prescriptionem in fauorem omnium correorum credendi per.l.fi.C.de duob.reis.nam ex his vltimis verbis videtur sentire quod ista confessio extraiudicialis quo ad alium effectum non possit ꝓdesse alijs correis d̄bendi. Post dictũ infert q̃ si alter ex reis credendi vellet ꝓbare debituz ex ista cōfessione non posset qd̄ credo esse verissimũ qñ essent duo rei credendi qui nō essent socij.nec vnus reciperet cōfessionem noīe alterius.nam si essent socij qr̄ vnus ex socijs vr̄ habere mādatuz recipiendi sol'onem noīe alterius vt.l.si vnus.i pri.ff.de pac.⁊ ego tetigi in.l.reos.in prin.s.e.ad intellectũ gl.in.l.nemo.ff.ꝓ soc.tunc cōfessio simpliciter fcā a debitore corā illo qui representaret ꝑsonā socij satis videret̄ fcā illi alio societate p̄sente. Intellige tñ qñ debitor fuit cōfessus de vtroqȝ correoꝝ q̃ erat eorũ debitor.nam non vr̄ carere ista ꝯfessio p̄sentia ꝑtis ex quo est fcā coram ꝓcuratore correi absentis.Similiter si duo essent rei nō socij ⁊ vnus reciperet cōfessionem ꝓ se ⁊ ꝓ correo absente si correus absens postea ratificaret satis videret̄ fcā in p̄sentia ꝑtis.ita decidit Dy.in cōsilijs suis no.quem refert ⁊ sequit̄ Jo.an.in addi.spec.in ti.de cōfes.§.nũc uidendũ uer.quid si rē tuā.⁊ bal.in.l.i.C.qñ lice.ab emp.disce.ubi refert cōsilium dy.⁊ anto.de bu.⁊ moder.in.c.si cautio extra de fi.instru. ¶ Vltimo adde inquātum bart.in fi.huius q̄ōis dicit q̃ cōfessio fcā ab vno ex reis credendi hȝ vim pacti liberatorij.⁊ tm̄ p̃iudicat quātum pcm̄ alijs cōreis credēdi per.l.tale pactũ.in prin.ff.d pac.⁊ qd̄ hēt̄ in.l.si ex pluribus.j.de solu. Debes enim singul'r notare hāc doctrinā que ampliat ea que ipse scribit in.l.ij.§.creditum.ff.si cer.pe.⁊ in alijs locis diuersis vbi ipse dicit q̃ cōfessio ꝓcuratoris habētis mandatũ ad accipiendũ pecuniā nō p̃iudicat dño qr̄ sapit spēz donatōis per.l.i.§.sed si mutuant̄.ff.si quid in frau.pa.nam istud est veꝝ ſm bar.hic ēt in eo qui soluendo ⁊ exigendo ex iure ꝓprie obligatōis nō virtute alicuꝰ mādati pōt p̃iudicare tertio.vt sua cōfessio nō operet̄ idem quod vera ꝓbatio sol'onis. ¶ Scd̄o adde dictis ang.⁊ moder.hic huic cōclusioni q̃ cōfessio que fieret in iudicio ab vno ex reis credendi in vi cōtentiose iurisditōis.verbi gr̄a rñdendo positōibus videret̄ p̃iudicare alijs cōreis ex quo hȝ ꝑtātem agēdi insolidũ ꝑ ea que habent̄ in.l.certũ.§.sȝ an ipsos.ff.de confes.⁊ per bar.⁊ ꝑ Cy.⁊ per bal.in.l.vna.C.e.sed Jo.d imo.ꝑpendit bene de errore manifesto huius doctrine qr̄ cũ positōibus non rñdeat̄ nisi post lit.cōte.qd̄ pȝ qr̄ prius dȝ iurari d calũnia ⁊ iuramētum calũnie p̄statur post lit.cōte.vt pȝ ex no.in.c.i.⁊.ij.extra de cōfes.li.vi.⁊ in.l.ij.C.de iura.calũ.ex quo p̄cessit litis cōtestatio.cōfessio sequens iam nō p̃iudicat conreis sed soli cōfitenti qui per lit.cōte.approprāt sibi debituz vt in.l.nr̄a.⁊ id̄ ipse infert ꝯ scd̄m dcm̄ ang.q̃ qr̄ iam tꝑe cōfessionis cā ꝑtinebat ad solũ cōfitentē creditor cōreus nō poterit reuocare cōfessionē factā ab illo tanq̄ erroneā ⁊ falsaz sicut dicimus de p̄re in.l.cũ filius.s.ti.ꝓxi.qr̄ nihil sua interest sed solius cōfitentis. Posset tñ deduci in praticā doctri.ang.si ante lit.cōte.opponeret̄ aliqua exceptio declinatoria litis finite vel alia que posset opponi ad ꝓcessum.de quibus vide ꝑ bar.in.l.nam postea.in prin.ff.de iureiur.Et in.l.fi.ff.ꝓ suo. Nam tunc ex quo lis nō erat ꝯ debitũ est adhuc cōe omniuz conreoꝝ credēdi.⁊ id̄ videndũ esset in isto casu vtꝝ doctrina ang.sit vera uel nō.Et p̄ria facie vr̄ valde dubia ꝑ regulam de qua ꝓxime dixi q̃ cui nō nocet snīa nō nocent acta.sed snīa noceret lata ꝯ vnum ex cōreis credēdi.si per lit.cōte.non fieret p̄occupatio vt ostendā.ergo nec acta nocebũt.ꝯña pȝ ⁊ minor ꝓbatur qr̄ ego video q̃ snīa lata ꝯ vnum ex reis debendi nō nocet alteri ut.l.fi.C.d fideius.⁊ tȝ bar.s.in quarta q̄ōe ⁊ hoc est.qr̄ lȝ sit vnus cōuentus in iudicio.debituz tñ adhuc remanet cōe cũ reliquis.ergo sil'r dicendũ est in creditoribus cōreis si vnus ex reis cōfiteat̄ aliquid anteq̄ creditum sit effectũ ꝓpriũ per lit.conte.⁊ est ista cōsideratio subtilis ⁊ noua in ista materia quā tenebis menti. ¶ Circa decimā q̄ōem ad de scd̄e cōclusioni quā ponit hic bar.inquātum ipse restringit tex.in.l.vranius.§.ij.ff.de fideius.vel ad duos reos ex cā onerosa qñ tota pecunia ꝑuenit ad cōreum cui nō fit successũ q̃ vtraqȝ sol'o vr̄ esse inepta ad illum tex.nā ſm primā iuriscōsultus nō rñdet ad q̄ōem ꝓpositā.in prin.tex.que ꝓponit̄ exp̃sse de duobus reis ex cā onerosa. Scd̄m scd̄az prio diuinat ad tex.qr̄ ibi nō dr̄ q̃ lata pecunia ꝑuenerit ad vnũ. Preterea cũ dicamus simpl'r q̃ ambo ceperint pecuniā mutuo ex iuris p̄sumptōe ꝓ uirili p̄sumit̄ pecunia ad eos peruenisse ut plene retuli post pau.de ca.in.l.reos.§.fi.s.eo.Et id̄ querēda est alia sol'o ad illum tex.cōsiderabā ergo posse simpl'r saluari tex.iuriscōsulti aduersus duas rōes assignatas per glo.⁊ bar.in.d.l.vranius.⁊ hic.Et primo cum dr̄ q̃ si iste creditor ageret

ret

ret insolidum ꝯ alium cõreum cui non successit obstaret sibi exceptio cedendaꝝ qñ pecunia peruenit ad utrunqȝ pro parte ut.l.si stichum.§.si creditor.el.ij.ff.de solu. ¶ Ad hoc potest rñderi dupl'r vel intelligẽdo tex.in.l.vranius ꝙ bona debitoris fuerunt cõfiscata ex delicto ꝯmisso ꝑ eum quo casu ꝭȝ dy. ⁊ bar.in.l.i.§.an bona.ff.de iure fi.bona applicanť ipso iure fisco.vñ creditoris actio fuit cõfusa ⁊ extincta absqȝ aliquo facto creditoris.s.fisci ⁊ iõ non põt sibi obici exceptio cedendarum qꝛ tex.in.d.§.si creditor.⁊ in.l.si pupillus.ff.de admi.tu. cũ alijs iuribus cõcedunt istam exceptõem qñ ex culpa vel ex fcõ creditoris volũtario esset extincta obligatio aduersus conreũ ⁊ iste nõ est casus nr̃ ⁊ in isto casu loquiť ꝓprie bar.in.l.si stipulatus.§.si ex duobus.ĩ.de fideiuſ.vbi est oĩo videnduȝ ⁊ ꝭm hoc ãpliabitur id qõ dicit tex.⁊ glo.in.l.in his.§.si duos ĩ.de solu.⁊ bar.in.d.§.si ex duobus.ꝙ nõ solũ non obstat exceptio cedendaꝝ agenti qñ ille qui poterat cõueniri fuit liberatus ex fcõ debitoris absqȝ volũtate creditoris sed ẽt qñ aliaſ ille qui poterat cõueniri eẽt liberatus preter culpã ⁊ volũtateȝ creditoris ex legis dispõe. ¶ Vel potes dicere si uis intelligere tex.in.l.vranius simpl'r ex quacũqȝ cã bona sint deuoluta ad fiscũ ꝙ lȝ aliquãdo non deuoluanť ipso iure sed si opus aditõe qꝛ tñ non agnoscitur spãliter illud ius obligatiõis quo debitor erat obligatus creditori sed agnosciť hereditas i vniuersuȝ in qua aditõe in ꝯñam venit ut extinguať obligatio qꝛ nemo põt debere sibi ipsi iõ fcm̃ creditoris non dr̃ uolũtariũ sed potius necessariũ qꝛ si nõ volebat ꝑdere hereditatẽ necesse erat ut adeũdo uellet istud ius extingui ⁊ iõ hec non dr̃ volũtas spõtanea in qua fundať equitas exceptõis cedendaruȝ. ¶ Ista cõcl'o ꝓbatur in sil'i in text.⁊ glo.quaȝ ibi approbat bart.in.l.pe.§.fi.ff.de inoffi.test.vbi dr̃ ꝙ si exheredatus qui poterat intẽtare querelã acceptat legatũ sibi fcm̃ ab herede instituto ex testõ ꝯ qõ competebat querela repelliť a querela inofficiosi qꝛ nulla necessitate cogẽte petendo legatũ vr̃ approbare testm̃ ut.l.fi.in fi.ff.e.ti.sed si exheredatus instituiť heres ab eo cui erat fcm̃ legatum in testõ lȝ ipse acceptet hereditatem nõ excludiť a querela ⁊ rõ est ꝭm gl.qꝛ cum legatũ factũ illi quẽ relinquit heredeȝ sit in hereditate tanꝙ̃ in iure vl'i nõ poterat heres scriptus adeundo hereditatẽ adire eaȝ excepto legato qꝛ hereditas nõ põt adiri ꝓ parte ⁊ pro ꝑte repudiari ut.l.i.⁊.ij.ff.de acqui.here.vñ dr̃ acceptasse legatũ ex necessitate lȝ repudiando hereditatẽ posset nõ acceptare legatũ.Sed lex hȝ hoc ꝓ absurdo ꝙ ꝓpter vnam rem quis debeat dimittere totam hereditatẽ ⁊ iõ non dr̃ actus uolũtarius sed necessarius ⁊ in ꝯñaȝ. Ita ergo dicemus in casu nr̃o ꝙ quãdo ex fcõ creditoris adeuntis extinguať obligatio vnius ex reis debẽdi iste actus non dicať volũtarius ne ꝑꝑ hoc ius solũ amittere hẽat totam hereditatẽ ⁊ qꝛ ista extinctio huius iuris uenit in ꝯñam ad aditõeȝ ⁊ hoc mõ subtil'r soluitur obiectio.Et ex vtraqȝ sol'one habes duas limitatões ad iura ꝑall'ata.Prima est ꝙ iura que dicũt obstare exceptionem cedendaꝝ non hñt locum qñ obligatio debitoris fuit extĩcta ipso iure absqȝ fcõ creditoris ꝭm primam sol'onem. ¶ Scdo quãdo fuit extincta fcõ creditoris non uolũtario in quo culpa non põt imputari creditori.Et inter cetera tenebis menti tex.quem ibi not. bal.ad hoc in.l.alterius.§.fi.ff.ð iu.⁊ ra.distra.qui probat ꝭȝ bal.ibi ꝙ exceptio cedendaꝝ põt opponi in executione sñie. ¶ Scdo quãdo petiť cedi actio non a cõreo neqȝ a fideiussore sed a tertio possessore ꝯ quẽ agitur hipotecaria tũc creditor teneť cedere ius efficax si illud hȝ sed si extinctũ uel elisuȝ ex fcõ suo volũtario non teneť cedere ita diuinat no. Jo.an.i ti. de renũ.⁊ cõclu.§.i.v̄.⁊ clarius.⁊ melius declarat bal.in.l.iubemus.in vlt.q.C.ad vel.Et ista addes ad ea que scribit bar. in.l.si stipulatus.§.si ex duobus.ꝑalle. ¶ Scdo obiectiõi ꝙ̃ facit bar.hic ⁊ in.l.vranius rñdeo ⁊ dico ꝙ regula que poniť in.l.si socer.in pri.ff.so.ma.⁊ in.l.dolo facit.ff.de do.excep. ꝙ dolo facit qui petit qõ restituturus est.non hñt locũ quãdo ille qui petit.petit ex ꝑsona sua ⁊ ex iure ꝓprio est aũt restituturus vel redditurus tanquã alius.i.ex persona alterius sicut in casu nr̃o. Ista conclusio sing.⁊ noua probatur ex his que tradit bar.no.in.l.post legatũ.circa prin.ff.de his qui.ut idig. vbi ꝑ illum tex.tradit talem regulã ꝙ agenti in iudicio ex ꝑsona alterius nunquã põt obici exceptio doli uel rei iudicate que oriť ex iure qõ competit sibi ex persona sua ⁊ eadem ratione necessario est dicendum econtra ꝙ agenti ex iure ⁊ persona propria non potest obici exceptio doli uel rei iudicate. prouenieus ex iure quod habet ex persona alterius.⁊ talis est casus noster ⁊ sic redditur tex.ille in.l.vranius.i.hoc valde singu.limitãs ea que tradũť in.d.l.si socer.Sȝ tu posses dicere ꝙ tex.in.§.qui accusauit.in quo se fũdat bar.loquiť qñ ius post ius deductũ in iudicio ex ꝑsona ꝓpria supuenit ius ex ꝑsona alterius ⁊ ita intelligit illũ tex.vt fugiat ꝯriuȝ eiusdẽ.l.iij.§.si pater.Declarãdo ergo dcã sua breuiter dic ꝙ illa distinctio ⁊ cõsideratio hȝ locuȝ qñ quis vellet intẽtare duo iura que immediate haberẽt originem ab eadẽ dispõe.vel imediate oriren ť occasione illius dispõis.⁊ ita loquiť tex.in.d.§.si pater eiusdẽ legis.Nã ꝙ pater dicat testm̃ falsuȝ.⁊ capiat legatũ ex ꝑsona filij vel serui.ista sunt duo iura que cõpetunt eidẽ imediate occasione testi.sed qñ duo iura cõcurrentia in eadẽ ꝑsona nõ haberent originẽ imediatã vel occasioneȝ ab eadẽ dispõe.ita distinctio eẽt falsa vt pȝ ex dictis suis que postea sequunť in.d. §.qui accusauit.vbi tȝ ꝙ lȝ habenti querelã vel volenti dicere testm̃ falsum supuenit ius ex ꝑsona alterius ante morã querelam vel iudiciũ.nihilominus poterit intẽtare ius cõpetens ex ꝑsona alterius ꝙ̃uis prius dixerit testm̃ falsum vel inofficiosum.⁊ eꝯ si prius intẽtauit ius quesitũ ex ꝑsona alterius poterit dicere testm̃ falsum vel inofficiosuȝ vt colligiť ex dictis suis.Et qꝛ ista dcã in ista mã sunt multũ noua.nõ audeo affirmare ꝓnunc.sed prima facie videnť vera ⁊ minus absurda qꝛ minus destruunt tex.ꝙ̃ ꝓ solutões glo.⁊ bar.

Que a certis. Relictũ a certis heredibus sub vno appellatiuo vel ab oibus vno excepto.vel ab oibus simpl'r debeť in totũ.⁊ ꝓ portõibus hereditarijs.secũda est ibi.siue ab oibus.tertia ibi idẽ est. ¶ No.ꝭm cõem intellectum ꝙ ẽt ille dr̃ nominatim grauari qui grauatur ꝑ nomen appellatiuũ nõ expꝰsso noie ꝓprio.de quo vide tex.in.l. titius.in prin.ff.de libe.⁊ posthu.⁊ ibi ꝑ bar.⁊ ꝑ eũdem in.l. turpia.§.fi.iuxta finem.ff.de le.i. ¶ Scdo no.ibi in totũ ⁊c. ꝙ quãdo heredes grauanť vno excepto alij teneť ad totuȝ legatum.ita ꝙ onus quarti exempti accrescit tribus.Idem ꝓbatur in.l.ab oibus in prin.ff.de le.i.qõ debes intelligere qñ legatur quãtitas vel spẽs nõ hereditaria.Nam si legareť species hereditaria.tunc alij grauati non tenereť nisi ꝓ rata portionũ suaꝝ vt.l.si fundũ.§.libertus.ff.de le.i.de quo vide qõ plene scribit bar.in.l.cõtinuus.§.fi.in vltimo mẽbro.ð.ti.ꝓxi.⁊ in.l.menius.§.eũ qui.ff.ð le.ii.vide ẽt qõ plenissime ponit pau.de ca.in.l.si tibi homo.in pri.ff.ð le.i. ¶ Tertio no. ꝙ quãdo heredes grauanť simpl'r in dubio videnť grauati ꝓ hereditarijs portõibus.de quo plenius dicetur in glosis.

X duobus. Factũ vnius ex reis ꝓmittendi nocet alteri. ¶ In glo.vnica sup verbo nocet ibi si socii sint.ista solutio cõiter approbať ab oibus.Et aduerte qꝛ lȝ ita cõmuniter approbeť.multum diuinat ad ista iura qꝛ nec tex.iste nec lex ꝯria restringũt se ad sociũ vel nõ socium.Et iõ melior vr̃ lec.placẽtini.vȝ ꝙ ista loquiť in mora cõmissa in faciendo ꝙ̃ bar.appellat morã ex malefacto in.l.si insulã.ð.ti.ꝓxi.l.autem ꝯria loquiť in mora cõmissa ꝑ interpellatõem que est in omittendo.sicut pȝ ex prin.l.vsqȝ ad finem.Nec obstat id qõ dicit hic glo.ꝯ plac.ꝙ huic opioni ob.l.fi.C.de duo.re.qꝛ ad hoc faciliter põt rñderi ꝙ mora in omittẽdo nocet aliis correis quo ad interrumpendã ꝑ̃scriptiõem.vt ibi dr̃ sed quo ad alios effectus puta quo ad periculũ interitus vel cursus vsuraꝝ nõ nocet sicut dicũt doc.limitãdo glo.i.que fuit gl.⁊ mar. vȝ ꝙ quo ad interrumpendã ꝑ̃scriptõem fcm̃ unius rei debẽdi nocet alteri.lȝ nõ sint socii sed quantũ ad alia nõ.Et põt assignari satis bona rõ drie inter morã cõmissam in faciẽdo ⁊ in omittendo.nã qñ mora cõmittiť in faciẽdo magis de directo fcm̃ vnius ex reis debendi nocet creditori ꝙ̃ cum mora est in omittendo.tunc.n.ex omissione nõ leditur imediate creditor ex facto vnius debitoꝝ.maxime quo ad interitũ.sed ex interitu postea secuto aliter ꝙ̃ ex facto debitoris.⁊ iõ casus nõ sũt oĩo similes qꝛ in primo casu nõ est incõueniẽs ꝙ sit in ꝑtãte vnius ex reis debẽdi liberare alios conreos sicut eꝯ ex facto creditoris nõ potest alterari cõstitutio duoꝝ reoꝝ debendi in ꝑ̃iudicium alicuius eoꝝ vt.l.eãdem.§.sed ⁊ si quis.ð.e.Preterea nos uidemus ꝙ in multis magis aggrauať mora in cõmittendo ꝙ̃ in omittendo.ut pȝ in purgatõe more ex his que

tradit Bar.in.l.si insulam.ff.ti.proxi. Item in purgatiōe di
tij ⁊ more per nouationē.vt tradit per bal.in.l.subtracto.C.de
fur.mora ēt in cōmittendo pōt cōmitti a debitore in diem vel
sub cōditione sed nō mora in omittēdo ſm glo.⁊ bar.in.l.eũ
qui ita.§.fi.ff.ti.pxi.Sed prima rō drie magis plꝫ pro qua ad
duco tibi no.dcā bar.in.xij.q.in.l.ex duobus.ff.e.de quibus
postea dicemus.vbi bar.cōcludit ꝙ quātum ad obligatōnem
scd̄ariam doli ⁊ culpe que cōmittitur ad interesse factū vnius
ex reis debēdi nocet alteri ⁊ est verissima cōclusio ut suo loco
dicet.Sicut ergo culpa ⁊ mora in cōmittendo quo ad ipsam
obligatōem scd̄ariam nocet alteri cur non idē quo ad culpam
ex qua ꝑpetuatur obligatio primitiua quo ad ipsaꝫ rem. Cer
te non vꝫ assignari bona rō drie lꝫ bar.ibi hanc driam non fa
ciat qꝛ sequitur distinctōem Io.⁊ mar.qui non distinguūt in
ter cōmissuꝫ ⁊ omissuꝫ sed dicūt in vtroqꝫ casu idē quo ad pri
mitiuā obligatōem.Ang.tñ hic sequendo cōem sniam limitat
eā vt dicamus ꝙ tunc mora vnius ex reis debendi qui nō sūt
socii nō nocet alteri qñ vere ābo sunt duo rei debēdi.Nā si sit
color quesitus qꝛ vere vnus erat fideiussor ⁊ alius reus tūc fa
ctum illius qui est pricipalis noceret alteri tanq̄ fideiussori ꝑ
l.mora rei.ff.de ver.obli.⁊ istud satis colligit ex his que tra
dit bar.in sil'i qōe in.l.reos.ff.eo.in prin.⁊ in.l.in duobus.§.
vbi duo.in quibus locis ondit ꝙ qñ est color quesitus ille ee
setur quo ad oia esse fideiussor. ¶ Adde ēt dictis bar.in.l.ex
duobus.in.xi.q.ff.e.aliqua breuiter ⁊ primo inquātū declarā
do glo.dicit ꝙ quo ad interrūpendā p̄scriptionēꝫ mora vnius
rei debēdi nocet alteri.nā glo.inferius ibi sed ibi in executōe
⁊c.vꝫ sentire ſm ang.ꝙ interruptio p̄scriptōnis facta cū vno
ex reis debēdi tūc nocet alteri qñ fuit fcā interpellatio iudicial'
lꝫ glo.in.l.in cōdēnatōe.§.vnicuiqꝫ.ff.de reg.iur.de hoc non
curauerit ſm ang.sed ut dicit Io.de imo.debuit curare qꝛ in
terpellatio iudicial' non interrūpit p̄scriptionem ut.l.sicut ⁊.l.
oēs.C.de p̄scrip.xxx.an.⁊ plene ꝑ bal.in.l.nāliter.ff.de vsu
ca. ¶ Scdo adde inquantū bar.dicit ꝙ vnus ex reis debēdi
offerēdo creditori cōstituit eū in mora quo ad alios reos debē
di. Nā hoc non vꝫ expeditū omni casu sed ꝓcederet vel quā
do vnus ex reis offerret nomine oīum vel quādo simpl'r quo
casu vꝫ velle soluere ut oēs liberētur ut.l.modestinus.j.de so
lu.sed qñ vnus ex reis offerret ut liberaret solum seipm vel ꝓ
testaret uelle cedi sibi actōnem tunc qꝛ alii non liberarētur ex
ista sol'one ut optie declarat bart.in.d.l.modestinus.in sua di
stinctōe magna oblatio nō videret fcā noie alioꝝ qd vꝫ requi
rere tex.vt cū oblatio fit ab extraneo.debitor liberet in.l.qui de
cē.§.qui mihi stichū.ff.de solu.⁊ cū isto tēperamēto debes in
telligere dcā bar.Et sil'r posset dici in casu sequēti.quē tangit
hic bar.vtrū interpellatio vnius ex reis credēdi cōstituat oēs
debitores in mora quo ad alios cōreos.Nā si id qd petit cō
reus credēdi esset cōicanduꝫ alijs cōreis sine dubio ꝓcederet
doctrina bar.ꝑ.ll.allegatas ꝑ eū.⁊ ꝑ ea que ipse no.in.l.si ſuū
§.nūc videamus.ff.ti.ꝓxi.sed si vnus ex reis credēdi qui nō
tenet cōicare alijs petat sibi solui hic nō vꝫ interpellare noie
cōreoꝝ ⁊ iō magis dubiū eēt vtrū quo ad alios cōreos dbitor
cōstituat in mora ꝑ rōeꝫ ꝓxime dcāꝫ ⁊ inq̄tū bar.hic dicit ꝙ
si creditor fuit cōstitutus in mora ab vno ex reis debēdi inter
pellādo postea aliū nō purgat priorē morā quo ad illū qui pri
mo sibi obtulit ꝑ.l.mora rei.ff.ti.ꝓxi.adde ꝙ idē tꝫ ang.in re
petitōe sua in.l.⁊ si post tres.ff.si quis cau. ¶ Tertio inq̄tuꝫ
bar.in.l.ex duobus.in.xij.q.ff.e.vult ꝙ culpa cōmissa ab vno
ex reis debēdi noceat alteri ꝑ.l.si diuisa.C.loc.⁊ ꝑ.l.cū appe
bit.ff.e.quā sequit ēt hic ang.⁊.d.Io.de imo.satꝫ ꝓlixe nitit
īpugnare ista dcā.Et prio adducit tex.ꝯ opi.istā in.l.i.§.si apd
duos in fi.ff.depositi.vbi duo depositarij obligati insolidū tā
ꝙ duo rei non tenet vnus ex culpa alterius. ¶ Scdo addu
cit tex.in.l.eandē.§.sed ⁊ si quis.ff.e.vbi dꝫ ꝙ si est fcm pcm
de nō petēdo vni ex duobus reis socijs hoc pactū non ꝓdest
alteri nisi rōe culpe cōis ⁊ sic dat intelligi ꝙ si culpa esset pro
pria alterius cui pactū non est factū pactuꝫ non sibi ꝓdesset.⁊
ex hoc dat intelligi ſm eū ꝙ ex propria culpa cōmissa ab vno
ex reis debēdi.alter non teneret. Non obstant ſm eum iura
allegata ꝑ bar.qꝛ vel pñt intelligi ꝙ illi ibi teneant quo ad ob
ligationem primitiuā insoliduꝫ non quo ad obligationē secun
dariaꝫ que cōtrahitur rōe doli vel culpe vel pñt intelligi ꝙ ibi
culpa erat cōis.sicut ēt dicit esse intelligendū tex.in.l.si vt cer
to.§.fi.cum.l.se.ff.cōmo.ibi enim vterqꝫ erat in culpa vnius
in cōmittendo.alter in omittēdo.⁊ iō rōe ꝓprie culpe quilibꝫ
poterat ꝯueniri.Tu aūt aduerte qꝛ hic est equiuocatio ⁊ error
manifestus.Nā tex.in.§.si apud duos.non loquit in his qui
sunt ꝓprie duo rei.sed largo modo qꝛ sunt obligati insoliduꝫ
⁊ iō vnus non tenet ex culpa alterius.sed qñ eēt actum exp̄s
se ꝙ essent duo rei debēdi tūc culpa vnius noceret alteri.sicut
ꝓbant iura allegata ꝑ bart.q̄ restrigere modis supradictis est
diuinare.h.d.bar.exp̄sse faciēdo istā driam punctal'r in.l.iij.
§.cato in tertia oppōe.iuxta fi.ff.de ver.ob.⁊ iō ipse idē in.l.
eādem.in prin.in.ij.q.ff.eo.distinguit exp̄sse istos casus.di
cens ꝙ si est actū ꝙ sint duo rei ⁊ tūc tanq̄ duo rei tenentur.
aut nō est actū ꝙ sint duo rei.⁊ tunc seruat distinctio.l.i.§.si
apud duos.quā ipse ibi allegat.ff.depositi intellige in obliga
tōe secūdaria.vt ibi dꝫ. ¶ Et ad tex.in.l.eādē.§.sed ⁊ si quis
est dicendū ꝙ iō pcm factū vni nō ꝓdest alteri qui solus cul
pam cōmisit nō qꝛ nō posset cōueniri.sed qꝛ alter nō possꝫ cō
ueniri ex culpa ipsius qꝛ si sic eēt.tunc quo ad illuꝫ alteꝝ pcm
eēt superfluū in isto casu ex quo culpa alterius nō noceret si
bi ipso iure.ꝙ tñ ibi operat in ꝑsona eius cui pcm fuit factuꝫ.
vt exceptio pacti ꝓsit cōreo.Et hanc rōem assignat bar.exp̄s
se ad intellectū illius.§.sed ⁊ si quis in.l.ex duobus in.iij.q.
prin.ff.e.Sequere ergo opi.bar.cui nihil obstat vt.ff.est de
claratum.⁊ per hec sit expedita ista lex.

Um duo. Quādo vnus ex reis debēdi li
berat per capitis diminutioneꝫ
mediā vel maximā obligatio non extinguit.sed po
tius ꝑsona eximit ab obligatōe.⁊ iō alius conreus
nō liberatur.⁊ respcū obligatōis alterius cōrei pōt accedere fi
deiussor.scda est ibi multū enim interest.tertia ibi ⁊ ideo ⁊c.
¶ No.ꝙ exemptio vel liberatio ab obligatōe que fit qñ ob
ligatio q̄ erat in vna ꝑsona transfert in aliā non hꝫ vim sol'o
nis.hic ēt obligatio deportati transfert in fiscū qui tenet loco
ipsius vt.l.ij.C.ad.l.iul.de vi.pu.⁊.l.inter eos.§.fi.⁊ ibi per
bar.j.de fideius.⁊ aliquid tetigit in.l.capitis.ff.eo.ti.Itē ꝓ
batur in.l.si marito.in prin.ff.so.ma.cōcor.tex.in simili in.l.
veteranus.j.de fideius.vbi sil'r dꝫ ꝙ qñ creditor succedit vni
ex reis debendi potius eximit ꝑsona ab obligatōe q̄ dissol
uatur obligatio.⁊ qꝛ fiscus succedit ad similitudineꝫ heredis.
lꝫ nō sit heres ꝓprie ſm bar.⁊ alios in.l.si cōstante.§.fi.ff.so.
ma.iō si fideiussor succedit debitori suo cōfundit ēt actio quo
ad suos fideiussores.vt nō possint cōueniri ſm bar.in.l.capi
tis p̄alle.⁊ fuit olim qō disputata quaꝫ refert Io.an.in addi.
spec.super rub.de fideius.vbi est videndū. ¶ Scdo no.de pe
na interdictōis aque ⁊ ignis.cuius loco successit hodie depor
tatio vt tradit insti.de capi.dimi.§.media ⁊ in.l.iij.j.ad.l.iul.
repetū.de iure aūt canonico loco eius succedit excōicatio ſꝫ
glo.in.c.pastoralis ex de ap.⁊ Io.de imo.hic. ¶ Tertio no.
ꝙ deportatus lꝫ nō possit dare fideiussore qñ solus est obliga
tus vt.l.si debi.depor.j.de fideius.pōt tñ euꝫ dare qñ hꝫ con
reū ꝓ illa obligatōe qua cōreus est obligatus qd qual'r sit in
telligendū dicet in glo. ¶ In glo.i.ibi idē ⁊ si minima istō
exemplū nō est ita cōueniēs sicut ⁊ p̄cedētia qꝛ ille qui libera
tur ꝑ minimā capitis diminutōeꝫ liberatur quidē ipso iure ab
obligatōe.sꝫ ex equitate p̄toria restituit in eū actio vt.l.ij.§.hi
qui.ff.de capi.dimi.⁊ iō cū in effcū teneat nō est mirū tunc si
obligatio alterius cōrei nō extinguit. ¶ In glo.sup verbo
tenetur ibi ꝓ altero cōreo ⁊c.si glo.intellexit ꝙ fideiussor fue
rit datus a deportato spāl'r tanq̄ accedens obligatiōi conrei.
ista solutio est vera in se.sed aliqual'r diuinat ad tex.Non enī
apparet in lr̄a qd dederit fideiussorē magis ꝓ obligatōe con
rei q̄ ꝓ sua.si aūt intellexit ꝙ fideiussio data simpl'r intelli
gatur data ꝓ eo ⁊ in euꝫ casum quo valere pōt vt.l.semꝑ in sti
pula.ff.de reg.iu.⁊.l.gallus.§.quidē recte.ff.de liber.⁊ posthu.
sed tñ adhuc cōtinet aliquā diuinatōeꝫ qꝛ cuꝫ tex.dicat ꝙ ipse
deportatus dedit fideiussorē.nec appareat sub qua forma.vꝫ
posse intelligi ēt si det fideiussorē ꝓ se ⁊ pro obligatōe sua.iō
bar.⁊ Moder.cōiter soluunt ꝙ fideiussio hic fuit fcā simpl'r
pro obligatiōe qua deportatus iam se obligauit.⁊ huic obli
gationi potest accedere fideiussor quia adhuc durat apud fi
scum in quem est translata.secus si dedisset fideiussorem ꝓ
obligatione pro qua tunc tenebatur.quia cum nulla tunc te
neatur nulli obligationi succedit fideiussor.⁊ ideo non valet
fideiussio ut.d.l.si debitor depor.j.de fideiusso. Est enim cō
munior opi.⁊ vera quod deportatus eximit ipso iure ab ob
ligatione

ligatiōe ciuili ꝛ nāli ut pꝫ in.d.l.ſi debitoꝛi.ꝛ ꝓbaꝭ clarius ſm
bar.in.l.quotiēs.§.fi.ff.de noua.vbi ſi pꝛia obligatō nouatur
in euentū cōditionis ꝛ purificaꝭ cōditio poſt deportatiōeꝫ.iō
īpeditur nouatio qꝛ nō ſubeſt aliqua obligatio que poſſit no/
uare veterē ſed ſi deportatus remaneret obligatus nāliter ſub
eſſet obligatio ſufficiēs ad nouanduꝫ veterē ut.l.i.ff.e.ergo ꝑ
illū tex.daꝭ intelligi ꝙ ēt ab obligatōe nāli eximitur deporta/
tus ut hic dicit bar.Sed relinquiꝭ fortis dubitatio circa intel
lectū illius.l.quare purificata cōditione obligatio nouās que
erat futura penes debitorē non trāſit in fiſcuꝫ ꝛ ſic fiet veteris
obligatōis nouatio ut reglr̄ obligatio actiua ꝛ paſſiua cōditō
nalis ita trāſeat in fiſcū ſicut obligatio pura ut.l.ſtatius.§.cor
nelie.ff.de iure fi.ꝛ.l.inter ſoceꝝ.§.fi.ff.de pac.dota.bar.ī.d.
l.quotiēs.in fi.ſolū dicit ꝙ obligatio cōditionalis que hꝫ cāꝫ
de p̄terito ſi purificaꝭ poſt deportatōem nō transferꝭ in fiſcū.
Sed cur iſto caſu non transferaꝭ non aſſignat rōem q̄ꝫ debuit
aſſignare maxīe ꝑꝑ iura p̄dicta que vꝫ probare totum oppo/
ſitū vñ bal.in.l.fi.C.de ꝯhen.ēp.non ſequitur iſtā doc.bart.
ſed reſtringit tex.in.d.l.quotiēs.qñ dbitoꝛ erat obligatus ſub
cōditōe ptātiua que reſtrictio eſt maxīe diuinatio. Alibi autē
ꝓlixe diſcutiēs iſtuꝫ articulū in.l.executorē.circa mediū repe
titōis.C.de execu.rei iud.finalr̄ dicit ꝙ iō ibi non fit noua/
tio qꝛ obligatio in ꝑſona deportati que poſſet nouare vetereꝫ
nō erat. ¶ Sꝫ iſta rñſio nō ſufficit qꝛ ſi iſta obligatō erat trāſ
fuſa in ꝑſonam fiſci purificata cōditione ex ꝑſona fiſci pote/
rat nouare veterē que ēt erat apud fiſcū vñ iſta dicta non ſatiſ
faciūt in iſta mā.ꝛ iō cogitandū eſt diligēter.Ex oibus tñ ſolo
nibus p̄dictis illa ſolo paul.quā ponit in.l.fi.C.de ꝯhen.ēp.
que erat in ptāte debitoris cui nō potuit parere poſt ius queſi
tum fiſco nihil allegat.ſed eſt caſus in.l.potioꝛ.ꝛ in.l.i.ff.qui
po.in pi.ha.vbi pꝫ ꝙ poſt pignus ſcdo loco ſimplr̄ datum nō
pōt debitoꝛ iplere cōditionem ptātiuam ꝛ acquiraꝭ ius alteri
in p̄iudicium eius cui fuerat in medio tpe ius queſitum ſꝫ qꝛ
vt dixi nimis reſtringit tex.in.d.l.quotiēs in fi. Jdō poſſum⁹
dicere nihil diuinādo ad lr̄am ꝙ ideo obligatio pꝛia cōditōa
lis nō tranſit in fiſcū purificata cōditione ꝛ per ꝯñs nō fit no
uatio ꝑ ſcdam ſtiplōnem qꝛ ſi pꝛia obligatio tranſiret in fiſcū
repꝑiretur fiſcus eſſe deterioris cōditōis q̄ꝫ deportatus i cuius
locū ſuccedit ſi iſta obligatio tanquā noua cāretur in ꝑſona d
functi.nā ut pꝫ circa.mediū illius.§.pꝛia obligatio cōditionalꝭ
ſiue primus ꝯctus erat ꝯctus iuris ciuilis.i.ſtipulatio vnde ſi
poſt deportatōem iſta noua obligatio citareꝭ in ꝑſonam ꝺpoꝛ
tari non poſſet iſte deportatus obligari ex ꝯctu iuris ciuili ci
uiliter ſed obligareꝭ naturalr̄ tantum fiſcus aūt ſi in eum trā/
ſiret obligatio obligareꝭ vtroqꝫ modo qꝛ eſt ꝑſona abilis nec
pōt dici ſicut heri dicebā in voce ꝙ eodē mō nāliter obligabiꝭ
fiſcus cum obligeꝭ ex ꝑſona deportati qꝛ iſtud ꝓcederet quā
do obligatio formata in ꝑſona deportati transfundereꝭ in ipꝫ
ſed in caſu nr̄o non tranſfundiꝭ a deportato in fiſcuꝫ qꝛ cū cō
ditio fuerit purificata poſt deportatōem nūq̄ꝫ fuit radicata ob
ligatio in ipſum deportatū ſed oriꝭ de nouo in ꝑſona fiſci vñ
non attendiꝭ qualitas fiſci in iſta noua obligatiōe que nō trāſ
fundiꝭ ab eo ꝛ qꝛ non eſt equū ut fiſcus ſucceſſoꝛ teneaꝭ plus
q̄ꝫ tenereꝭ deportatus iō eligitur hec via ut non trāſeat obli/
gatio in eū.Et quāuis hec rñſio ſine diuinatōe poſſit defendi
non tñ multum plꝫ ſed eſt tollerabilioꝛ ceteris ꝛ ꝯ ipſam facit
tex.in.l.ſtatius.§.corne.ff.de iure fi.vbi pꝫ ꝙ onus reſtituēdi
fideicōmiſſuꝫ ꝛ obligatio trāſit in fiſcuꝫ poſt deportatōeꝫ eius
qui erat rogatus reſtituere poſt morteꝫ ſuam ꝛ tñ obligatio ex
fideicōmiſſo quo ad ciuile nō poſſet hr̄e locum in ꝑ
ſona cōdēnati vel deportati.Sed ad hoc pōt dici ꝙ ibi cōdi/
tio nō poterat ipleri in vita deportati ſicut hic noua obligatō
poterat incipe in uita deportati poſt deportatōem vnde caſus
non eſt ſilꝭis ꝛ eſt maioꝛ equitas ꝙ nō tranſeat in caſu noſtro.
¶ Et ad mām adde.l.ſi marito.in pꝛin.ꝛ qō ibi no.ff.ſolu.
ma.vbi probatur ſilr̄ ꝙ ius cōditionale paſſiue trāſit in fiſcū.
¶ Circa ſcam qōem quam poſuit hic bar.de pluribus facien
tibus pacem ad inuiceꝫ qui ꝓmiſſerunt ꝙ nullus ex pluribus
offenderet aduerſarium ꝛ ecōtra oibus fuit promiſſum ꝙ nul
lus offendereꝭ. ¶ Adde breuiter ꝙ inquantum ipſe dicit in
obligatione pꝛincipali impediri cōſtitutionem duorum reo/
ruꝫ quo ad hoc ut neqꝫ offenderent dicaꝭ cōreus debendi cū
his qui ꝓmiſſerunt ꝙ ipſe non offenderet neqꝫ offenſus dica
tur cōreus credēdi his qui ſtipulati ſūt ꝙ ipſe nō offenderetur

Aduerte qꝛ rō ſua ꝑꝑ quā dicit impediri ꝯſtōem duoꝝ reoruꝫ
non vꝫ bona dum dicit ꝙ alia eſt offenſa fcā vni ꝛ alia alteri.
nā hoc cōceſſo qō eſt veriſſimū non ſequiꝭ in caſu nr̄o qꝛ hic
alij ꝓmittunt ꝙ nō ſolū ipſi non offendēt.ſed ꝙ alius ex com
plicibus ſuis nō offendet.vnde iſta ſcda ꝓmiſſio vꝫ cōtinere ꝛ
fieri de eodem fcō.ꝛ iō non pōt dici hic eſſe diuerſitas rei.ꝛ
fcm̄ alienū pōt ꝓmitti ſub pena vt.l.ſtiplo iſta.in pꝛi.ꝛ ibi ple
ne.ꝰ.de ver.ob.melius ergo eſt qō ſequiꝭ hic in dictis ſuis ꝙ
hic vitiatur conſtō duoꝝ reoꝝ.qꝛ vna ꝛ eadem cā hꝫ ſe ad eoſ
diuerſimode.nam pꝛincipalr̄ offendēs obligaꝭ ꝑ fcō ꝓpꝛio.ꝛ
alij ꝑ fcō alieno.ꝛ ſic videꝭ impediri conſtō duoꝝ reoꝝ per.l.
ſi id qō.§.i.ꝰ.eo.in exēplo de dote. ¶ Sed ꝯ iſtud dcm̄ ar/
guitur ꝙ nō p̄cedat indiſtincte.qꝛ pone ꝙ ſit ꝓmiſſio pluribꝰ
ꝑſonis que ſunt huius qualitatis.vt offenſa fcā vni videatur
fcā alteri d quibus in.l.lex coꝛ.ꝛ in.l.i.in fi.cuꝫ.l.ſe.j.d iniur.
Certe hic nō vꝫ eē diuerſitas cāe ex ꝑte reoꝝ credēdi.ex quo
vnū fcm̄ ꝛ vna offenſio reſpicit duos.qꝛ ex offenſione alteri⁹
vꝫ offendi.vñ in talibus ꝑſonis bar.ſentit in.l.ſi ita ſtipu.§.
griſogonus.in fi.ꝰ.ti.ꝓxi.ꝙ ſi ego ꝓmitto nō offendere vnā
ex illis perſonis cōmittiꝭ ſtiplo ēt ſi alia offendaꝭ. Sꝫ ad hoc
pōt dici breuiter.ꝛ pꝛimo ꝙ lꝫ ibi ita ſentiat Dy.tñ ſentit op/
poſitū qui fūdauit ſe in iſto tex.vbi dꝫ ꝙ in ſtiplōne ꝑſona ex
trinſecus nō ſubintelligiꝭ.ꝛ.maxīe qñ eſt penalis.ꝛ hāc ſniaꝫ
ſecutus eſt diſputādo publice Jo.an.in regula fruſtra.de re.
iur.in mercu.vbi dicit ꝙ lꝫ quo ad penā legalē aliqñ iniuria il
lata vni videaꝭ illata alteri nō tñ quo ad penam cōuentōaleꝫ
ꝛ hoc ſequiꝭ Bal.allegans dy.in.l.i.C.ſi quacūqꝫ p̄di.pot.
Uel poteſt dici ꝙ lꝫ in iſto caſu ſit vnum fcm̄.ꝛ ſub eadē rōe
plures offendanꝭ.videnꝭ īteruenire diuerſe res in ſtipulatōe.
nec eſt incōueniēs ꝙ ex eodē fcō reſultēt plura delicta ꝛ plu/
res iniurie iuxta no.in.l.ſenatus.ff.d accu.ꝛ in.l.ſi adulteriū
cū inceſtu.in pꝛin.j.de adult.Facit ꝙ habeꝭ in.l.iij.§.ſi apud
plures.ff.d ſepul.vio.Utꝝ aūt in diſpōe penali ſtatuti ſi ſta/
tutum diſponit de offendēte pr̄em hēat locum in eo qui offē
dit filiū.vide bart.ꝛ bal.poſt eum in.l.i.§.dñi el.iij.ff.ad ſil.ꝛ
eūdem bal.in.l.i.C.ſi rectoꝛ ꝓuincie.vbi vꝫ diſſentire ab his
que dicit in.d.§.dñi ꝛc.Circa.iij.q.in qua bar.querit vtꝝ plu
res obligati inſolidū ex maleficio ciuiliter poſſint dici duo rei
debendi.adde qō ang.ꝛ moder.nō plꝫ vna rō quam ipſe aſſi/
gnat.vꝫ ꝙ nō teneanꝭ ad idē numero qō pꝫ qꝛ ſolutio vni⁹ non
liberat aliū.vt.l.itē mella.§.ſi plures.ff.ad.l.aquil.cuꝫ ſi.nam
iſta rō nō eſt vlꝭis ſm eos.qꝛ reperiꝭ caſus in quo vnius ſolo
liberat oēs.vꝫ qñ plures delinquūt vt officiales vt.l.ſi multi d
pub.ꝛ ibi ꝑ bar.ꝛ ꝑ eūdem in.l.ſi in rixa.j.ad.l.coꝛ.d ſic.vn/
de ipſi tradūt h̄ aliā doctrinā d qua vt h̄ ꝑ eos.Ego credo ꝙ i
tentio bar.fuerit optīa qꝛ bar.motus eſt ex rōe p̄dcā tanq̄ꝫ ſuf
ficienti ēt ſi alia nō cōcurreret.nō tñ ſenſit vt iſti credūt ꝙ ſem
per qñ vnica ſolutio ſufficeret cōſtituerenꝭ duo rei.naꝫ iſtō eſ
ſet ꝯ tex.in.l.i.§.ſi apud duos.ff.depo.ꝛ in.l.ſi ex duobus.in
pꝛin.ff.d tute.ꝛ ra.diſtra.aliā rōem quaꝫ aſſignat bar.moꝛdet
Jo.d imo.que eſt ꝙ ſnīa lata ꝓ vno nō ꝓſit alteri vt.l.denū
ciaſſe.§.fi.j.de adul.Nam ſm eū ēt abſolutoꝛia lata ꝓ vno ex
reis debendi nō ꝓdeſt alteri.vt fuit dcm̄ in.l.ex duobus i.iiij.
q.ꝛ iſta reprehēſio ꝓcedit vt dicit non tenēdo opi.bar.in.iiij.
q.qui voluit ꝙ aliquo caſu abſolutoꝛia lata ꝓ vno ex reis de
bendi ꝓſit alteri.Circa.iiij.q.in qua bar.tꝫ ꝙ nālis obligatio
remanet apud filium.illud eſt multuꝫ dubiū.ſicut dicit hic.d.
m.in voce.ꝛ cōiter nō tenēt doc.moder.ꝛ maxime Joan.de
imo.h̄ qui nō ſequitur bar.in hoc imo de iure nouiſſimo ad/
huc apud filium nō remanet.Pro iſta materia vide legeꝫ.ſi
id qō ꝛ ibi no.ꝑ doc.ff.de cōdi.inde. Finis.

¶ Finiūt cōmentaria admiranda de Verbo.Obliga.ꝛ de
Duo.Reis maximi iuriſcōſultoꝝ pꝛincipis equitiſqꝫ roma/
ni vtriuſqꝫ cenſure veri interpꝛetis dñi Frāciſci de Accoltis
de Aretio ex pꝛopꝛio auctoꝛis exemplari ſumpta. Impꝛeſſa
Papie per Bernardinū ꝛ Ambroſium fratres de Rouelis.
Anno dñi.M.cccccij.die.v.Octobꝛis.

Omnes ſunt terni pꝛeter.q.ꝛ.y.qui ſunt duerni.

D. FRANC.
Aretini
IO.
Accoltis
in Prim. part.
Codicis.



colorchecker CLASSIC

calibrite